





*Pra. 8. num. 71.*  
*1758, 10 b*  
*12*

**DISSE**  
**RAT**  
**ATI**  
**O SECVNDA**  
**LITTERIS REQVISITORIALIBVS**  
**EX VSV GERMANORVM ANTIQVIORI**  
**ET RECENTIORI**

*P. 46b*

QVAM  
DEO FAVENTE  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO

# GEORGIO II.

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE  
DEFENSORE FIDEI

BRVNSVICENSIVM ATQVE LVNEBURGENSIVM DVCE  
S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE

AVCTORITATE ET CONSENSV INCLYTI  
IVRECONSVLTORVM ORDINIS

PRAESENTE

## CHRISTIAN. IAC. DE ZWIERLEIN

I. V. D. A. S. T. G. M.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT  
IOANNES ANTONIVS KOETHIVS

KELBRANO - THVRINGVS.

III. ID. APRILIS CLOCCCLVIII.

GOETTINGAE  
EX OFFICINA SCHVLZIANA, CURANTE F. A. ROSENBERG.





## C O N S P E C T V S.

**CAPVT I.** De litteris requisitorialibus ex principiis iuris prudentiae germanicae antiquioris.

- I) an litterae requisitoriales obtineant §. 1.
- II) quando obtineant.
  - a) an in citatione & sententiarum executione subsidiaria §. 2.
  - b) an in testium examine §. 3.
  - c) an in persecutio facinorosorum §. 4.

**CAPVT II.** De litteris requisitorialibus ex principiis iuris prudentiae germanicae recentioris.

- I) An litterae requisitoriales obtineant §. 5.
  - a) an & tunc, si superior cum inferiore concurrat. §. 6.
  - b) quid, si princeps regnans cum apanagiato concurrat. §. 7.
- II) In quibus causis litterae requisitoriales obtineant §. 8.

A) DE VSV LITTERARVM REQVISITORIALIVM  
IN CAVSSIS CIVILIBVS §. 9.

- I) In citatione.
  - a) de citatione rerum priuata §. 10.
    - 1) de eius forma. §. 11.
    - 2) de eius insinuatione & effectu §. 12.
  - b) de citatione edictali §. 13.
- II) in probatione.
  - a) de testium evocatione §. 14.
  - b) de productione instrumentorum §. 15.
- III) in sententiarum executione §. 16.

B) DE VSV LITTERARVM REQVISITORIALIVM  
IN CAVSSIS FEUDALIBVS.

- i) locum non habent, quando iudex feudalis cum iudice eiusdem territorii concurrit §. 18.

2) secus

2) *secus vero, si actus in territorio alieno suscipiendus est* §. 19.

a) *de citatione vasalli in alieno territorio consti-tuti* §. 20.

b) *de testium examine* §. 21.

c) *de sententiarum executione* §. 22.

C) DE VSV LITTERARVM REQVISITORIALIVM  
IN IUDICIIS ECCLESIASTICIS §. 23.

1) *de citatione reorum* §. 24.

2) *de citatione testium* §. 25.

3) *de executione sententiarum* §. 26.

D) DE VSV LITTERARVM REQVISITORIALIVM  
IN CAVSSIS CRIMINALIBVS §. 27.

1) *de diuersis citationis reorum generibus* §. 28.

2) *speciatim de persequitione & adprehensione fugiti-uorum* §. 29.

a) *an remitto delinquentium si necessitatis* §. 30.

b) *quomodo exhibito facienda* §. 31.

c) *de transportatione per alienum territorium* §. 32.

3) *de testium examine* §. 33.

4) *de imploratione brachii saecularis in caussis crimi-nalibus* §. 34.

III) De litteris reuersalibus. §. 35.



DISSE-R-



DISSERTATIO SECUNDA  
DE  
LITTERIS REQVISITORIALIBVS  
EX VSV GERMANORVM ANTIQVIORI  
ET RECENSIORI.

---

CAPUT I.

DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS EX  
PRINCIPIIS IURIS PRUDENTIAE GER-  
MANICAE ANTIQVIORIS.

---

§. I.

I.) AN LITTERAE REQVISITORIALES OBTINEANT.

**E**xplícatis nuper, singulare quadam dissertatione,  
cum generali litterarum requisitorialium, inde-  
le, tum imprimis iuribus & fatis ex iuris Ro-  
mani doctrina, transeundum nunc est, ad earumdem in  
Germania vsum deducendum. Qua in re quum status ju-

A dicio-

2 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

diciorum Germanicorum, pro diuersa eorumdem aetate  
admodum differat, sigillatim quoque de iisdem expone-  
mus. De iure ergo veteri Germaniae, ut primum diffe-  
ramus, antiquissimis iam Germanorum Legibus sanctum,  
ut ne iudex vltra iurisdictionis suae limites de rebus  
vel personis potestati alterius iudicis subiectis ius diceret.  
Digna certe sunt, quae huc ponantur, verba legis a CHIN-  
DASVINDO (*alias RECESVINDO*) Wisigothorum rege,  
latae. a) Nullus in territorio non sibi commissio vel vbi ille iudi-  
candi potestatem nullam habet omnino commissam, quencum-  
que praesumat per iussionem, aut saionem, distingere, aut in  
aliquo molestius connexare, nisi ex regia iussione vel partium  
electione, siue ex consensu vel commissoriis atque informa-  
tionibus comitum siue etiam iudicum (sicut in lege superiori  
tenetur) iudex quisque fuerit institutus. Certe qui non pree-  
dictus iudex praesumptuosus inilicite haec, quae prohibentur,  
praesumpserit agere, confessini cum causa peruererit ad pro-  
vinciae Ducem, an per se velit, an per quem ipse preecepiter,  
tam inlicitam praesumptionem coercere procuret. Et illi siqui-  
dem cum praesumptuosus extitit, si solum contumeliam vel ini-  
uriaram fecerit, libram auri coactus exsoluat: si vero rem ali-

a) *LEX WISIGOTHORVM* Lib. II. Tit. I. L. 17. in Petri Geor-  
gisch Corp. Iur. Germ. p. 1867.

quanta

quam temeranter abstulerit, vel auferre praeceperit, tantundem cum eadem re quam tulerat, aliud tantum de suo coactus exsoluat. Quod si quicunque iudex sernum suum vel alienum ad discutienda negotia elegerit deputandum: pro his quidem servus contra iustitiam & leges adtemperauerit agere, ad omnem satisfactionem legis iudex qui hunc ordinauerit, se nouerit detinendi. Quae constitutio quum grauem in illos statuerat poenam, qui temere iurisdictionis sua potestatem extendere conarentur, facili est colligendum negotio, non alia nisi requisitionis Lege eiusmodi actus in territorio alieno expediri potuisse. Ut autem requisitio rite fieret, atque effectu non destitueretur, Litterae ad iudicem, cuius potestati subiecta erat res, vel persona, in quam actus iurisdictionis exercendus, dirigendae erant, eaque sigillo requirentis munitae. Eiusmodi autem litterarum tantus erat favor, ut & tunc, quum nudam continerent intercessionem, alteri necessitatem imponerent precibus ad eum directis satisfaciendi. b)

§. II.

b) Ita FLAVIVS CHINDAS-  
VINDVS Wisigoth. Rex in L.  
WISIGOTH. Ltb. II. Tit. II. L. 7.  
Si quisquam ingenuorum atque ser-  
vorum extra territorium, in quo  
commonet, in alterius territorio iu-  
dicis causationem habuerit: iudex  
ad cuius ordinationem idem petit  
pertinet, epistolam sua manu sub-  
scriptam atque signatam eidem iu-  
dici

4 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

§. II.

II) QVANDO OBTINEANT.

a) AN IN CITATIONE ET SENTENTIARVM EXSECVTIONE SVESIDIARIA.

Quae §. praecedente generatim de actibus iurisdictio-  
nis in territorio alieno expedientis monui, ea etiam de  
cita-

dici dirigat, in qua praeconeat,  
ut negotium querulantis audire &  
ordinare non differat. Et si ad  
vnam conventionem ipse rationem  
eius implere distulerit, tunc ille  
iudex, de cuius territorio est  
ille qui petit, de rebus iudicis il-  
lius, ad quem direxit episto-  
lam, in quibuscunque locis reperire  
potuerit, tantum usurpet, quantum  
res illa esse dinoscetur, de qua peti-  
tor querelam intulerit: quod eidem  
petitori possidendum nibilominus da-  
bit. Quam rem ita possideat qui  
aceperit, ut conservati alii rebus,  
de solis frugibus usum & expensas  
obtingat. Cum vero ille iudex, qui  
ad epistolam alterius iudicis nego-  
tium querulantis audire noluerit,  
iustitiam ex eodem negotio queru-

lanti priori secerit, ea quae ille iu-  
dex qui communuit, de rebus eius  
abstulerat, ipse alteri iudici finere-  
tardatione restituat. De frugibus  
verorationabiliter expensi, ille, qui  
expendit, nibilominus reddat. Quod  
si postea iustissime discuso negotio,  
inveniatur iudex ille per iniustam  
petitoris querelam rem indebet  
amisso, tunc iniustus petitor, rem  
quam accepit, illi iudici cuius fuit  
ex integro reddat, & aliud tan-  
tum de suo ei coactus exsoluat.  
Quod si iudex ille qui dilationem fe-  
cit, rerum suarum possibilitatem in  
vicino non habet, unde alter iudex  
qui communuit, petitori repensem;  
tunc de territorio eiusdem iudicis,  
cuiuscunque rei tantum asserat,  
quantum petenti consignet, aut cer-  
to

EX PRINCIPIIS IVRISPR. GERMANICAE ANTIQ. CAP. I. 5

citatione, & sententiarum executione, intra fines iurisdictionis alterius iudicis facienda, valebant. Sicuti enim utroque casu, iudex requirens inscio requisito, hos aetius in

re ob signatam petitori faciat cesationem, in qua pigneris quantitatem adnotet, per quam petitor praesumendi sibi habeat potestatem. Dum vero ille qui pigneris extiterit, Regi, Duci vel Comiti, pro talis fecerit pignere querelatus, eadem pigneris dampna quae idem suggestens pertulit, in quadruplum ei de suo iudex ipse dilationis coactus restituat. Quodsi de rebus debitoris petitor pignus absulerit, ad superiori rem satisfactionem iudex teneri non poterit. Certe si idem iudex ammonitus abrque dilatione caussam audierit petitoris, in qua eum proueniat habere nullatenus veritatem, iudicium per quod eius iniustitia patuit, evidentibus scripturis emitat. De cuius textu exemplar fideliter translatum, suaque manu subscriptum atque signatum iudici a quo ammonitus fuerat, dirigere non moretur. Et si post hoc aequitatis iudicium patuerit praesumptio pignorantis, ingenuus siquidem ea quae causa pigneris absulerit, duplam idem amissam rem, cum simili re in satisfactione restituat. Seruus autem qui talia comisso detegitur C. ictus accipiat flagellorum, atque turpiter decaluatus in integrum mox reformat rem, quam causa pigneris occupauit. Illi vero qui ad pignerandum conuenerint, si serui sint, & sua sponte concurrerint, centenis & ipsi verberentur flagellis. Si vero ingenui, aliud tantum dominio restuant, quantum ei absulisse probantur, sequestrata illius compositione qui pignus indebitate fecisse conuincitur. ap. PETR. GEORGISC. l. c. p. 1885-1887.

A 3

6 DISS. II. DE LITTERIS REQUISITORIALIBVS

in eius territorio suscipere non poterat, c) ita requisito non licebat, rite facta requisitione opera se imploratum denegare. d)

§. III.

b) AN IN TESTIVM EXAMINE.

Videamus nunc, quid de testium in alieno territorio degentium examine dicendum sit. Testes autem non absentes neque per epistolam testimonium dicere poterant; e) sed quam habebant rei alicuius notitiam, in iudicio declarare tenebantur. Ii igitur qui in alieno territorio erant, vel ad solius partis priuatas preces ad forum, in quolis erat mota, se conferebant, vel testimonium suum ingenuis f) solemni modo atque praesente iudice mandabant.

c) Lex wisigoth. Lib. II. Tit. I. L. 17. GISCHE p. 1539. idem iisdem verbis repetitum Lib. VI. cap. 363. ap.

d) Lex wisigoth. Lib. II. Tit. II. L. 7. cf. etiam 10. FRI-  
DER. POLAC *Systema Jurisprud.* GEORGISCH p. 1581. LEGE WI-  
SIGOTH. Lib. II. Tit. IV. L. 5. ap. GEORGISCH pag. 1898. cf. HEI-  
NECC. *ELEM. IUR. GERM.* Tom. II. Lib. III. Tit. V. §. 196. pag. 545.

e) CAPITULARIVM CAR.  
M. & LVD. P. Lib. V. cap. 147. f) generatim notandum est,  
Testes non absentes neque per epi-  
stolam testimonium dicant sed praes-  
lentes, quam noverunt & viderunt,  
non taceant veritatem ap. GEOR-  
GISCH p. 1539. idem iisdem ver-  
bis repetitum Lib. VI. cap. 363. ap.  
ab antiquissimis inde temporibus ex-  
actam semper circa statum persona-  
rum aequalitatem desideratam esse,  
vt

bant. g) Quodsi testimonium sponte praebere nollent, is cuius intererat ut praestaretur, litteras a iudice, coram quo actio instituta, imperrabat requisitoriales, quibus ad iudicem,

ut adeo ingenuo contra ingenuum, seruo contra seruum testari permitteretur. CAPITVLARIA REGVM FRANCORVM apud STEPH. BALVZ. Tom. I. pag. 154. IOAN. CHRIST. WEIDLER de sacramentalibus §. 19. pag. 24. seqq. IO. HENRICVS CHRISTIANVS de SELCHOW de turibus ex statu ingenuorum pendenibus cap. 2. §. 47. seqq. pag. 144. seqq. CAROL. FRIDERICVS WALCH de testis reo paris praestantia in iure Germanico. P. F. ORTHIVS in denen Anmerkungen über die Frankfurtische Reformation. Tom. V. pag. 278. seq.

g) Hocquomodo factum sit, do-  
cet cit. LEX WISIGOTH. Lib. II.  
Tit. IV. L. 5. Testes non per episto-  
lam testimonium dicant, sed praes-  
entes, quam nouerint non taceant  
veritatem. Nec de aliis negotiis

testimonium dicant, nisi de his tan-  
tummodo, quae sub praesentia co-  
rum acta esse noscuntur. Certe si  
iidem testes, aut parentes, vel ami-  
ci sue aetate decrepiti, vel infir-  
mitate grauati, aut in alia & lon-  
ginqua prouincia constituti, de re  
quae ipsis est cognita testimonium  
aliquibus iniungendum putauerint:  
& si non sint omnes de uno territo-  
rio, qui testimonium dicendum  
committunt, in eo tamen territorio,  
vbi ille companionet, qui plus ex his  
videtur idoneus, congregentur: &  
ante eiusdem territorii iudicem,  
vel coram his quis index elegerit:  
& mandatum faciant idoneis inge-  
nus, quibus voluerint, & de quo il-  
lis est cognitum per conditionis se-  
riem iurare procurant, qualiter qui-  
bus testificandi vici studio comit-  
titur, id indubitate ratiocinatio  
fuerit, suo sacramento confirment,  
quod

8 DISS. II. DE LITTERIS REQUISITORIALIBVS

iudicem, cuius potestati testes subiecti erant, per latis iudex  
requisitus, b) testes, ut in suo iudicio i) testimonium praefarent,  
cogebat. k)

§. IV.

c) AN IN PTERSE QVVTIONE FACINOROSORVM.

Eadem vti apud Romanos, & forsitan ex eorum Legibus desumta l), ratione, etiam apud Germanos ibi crimina vindicabantur, vbi perpatrata erant. m) Ut autem hoc fieri

quod iurare mandatores suos iustis fine & evidentissime per se met ipsos audierint. Alter autem mandatum de talibus negotiis editum apud omnes iudices erit semper inualidum. apud GEORGISCH p. 1898.

b) arg. cit. LEG WISIGOTH. Lib. II. Tit. II. ap. GEORGISCH pag. 1885.

i) arg. cit. LEG. WISIGOTH. Lib. II. Tit. IV. L. 5.

k) modum testes cogendi describit LEX SALICA Lib. II. §. 1. &

2. ap. GEORG. p. 105. LEX WISIGOTH. Lib. II. Tit. IV. L. 2. ap. GEORG. p. 1896. eadem Lib. II.

Tit. IV. L. 10. ap. GEORG. pag. 1903. cf. ECCARD. ad L. Salicam p. 95. & HEINRICH. Elem. Iur. Germ. Tom. II. Lib. III. Tit. V. §. 195. p. 343. & 344.

l) G. L. BOEHMER de delictis extra territorium admisis §. 7. pag. 13. cf. IACOBVS GOTHOFREDVS in prolegomenis ad Cod. Theod. Cap. III. & VII. & FRIDERICI ESAIAE PVENDORFII tract. de Iurisdict. Germ. P. II. S. II. Cap. I. §. 41. pag. 172.

m) CAPITVLAR. Lib. VII. cap. 365. Qui crimen obicit scribat se probaturum, Reuera ut ibi caus- sa

fieri posset, Germanorum Leges non solum I) iudicibus  
fori delicti veniam dederunt reis fugientibus, nullo iuris-  
dictionis particularis habitu respectu instandi n) sed &  
II) omni-

sa agatur ubi crimen admittitur,  
vt qui non probauerit quod obiecit  
poenam quam intulerit ipse patiatur  
apud GEORGISCH p. 1702. Idem  
& Ostgothorum Legibus sanctum.  
Ita enim THEODERICVS Ost-  
gothorum Rex in EDICTO suo  
cap. CIII. *Vbi quod facinus com-  
missum dicitur ibi deferendum &  
vindicandum est.* apud GEORGISCH  
pag. 2227. cf. HEINECC. Elem.  
Iur. Germ. Tom. II. Lib. III. Tit.  
II. §. 76. pag. 433.

n) LEX BVRGVNDIONVM  
Tit. vlt. Gundebaldus Rex Burgun-  
dionum omnibus comitibus. Mul-  
torum relatione cognouimus cabal-  
lorum fures, & effractores domuum  
tantum se ad hanc insaniam proru-  
pisse, vt non occulte verum etiam  
publice crimina & omnia mala com-  
mittant. Ideoque praceptionem  
ad vos dedimus, vt si quos cabal-

lorum fures, aut effractores domuum,  
tam criminosos quam suspectos in-  
uenire potueritis, statim capere &  
ad nos adducere non moretur. Fu-  
turum vt is qui capitur, & ante  
nos adductus fuerit, si se innocen-  
tem potuerit adprobare, cum omni-  
bus rebus suis liber abscedat, neque  
calumniam pro eo quod ligatus aut  
captus est, mouere praesummat. Si  
vero criminosus inuentus fuerit,  
poenam vel tormenta suscipiat, quae  
meretur: & res illius ab his que  
eum caeperunt praesumantur. Et

NON SOLVM IN EVM TANTVM  
PAGVM, VBI CONSISTIT, LICEAT  
PERSEQVI CRIMINOVUM SED SICVT  
VTLITAS AVT FIDES VNIVSCVIVS-  
QUE HABERIT ETIAM PER ALIA  
LOCA AD NOS PERTINENTIA NON  
DVBITENT EIVSMODI PERSONAS  
CAPERE, & iudicibus praesentare,  
vt praefata scelera non liceat diu-  
tius

10 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

II) omnibus aliis iudicibus iniunxerunt, ut interclusa qui-  
buscunque fugientibus fuga, eosdem examinatos ad lo-  
cum vnde euasissent remitterent, o) & denique III) eccl-  
esiis

tius esse impunita. Hanc praece-  
ptionem nostram in omnium notitiam  
ponere curetis. apud GEORGISCH  
p. 395. & 396. huc quoque perti-  
net CAPITVL. III. ANNI DCCCVI.  
cap. 5. in CAPITVL. REG. FRAN-  
COR. ap. GEORG. pag. 724. & im-  
primis DECRETIO CHLOT A-  
RII II. §. 1. quae negligentiam iu-  
dicum claudio pede fugitiuos per-  
sequentium his verbis arcet: De-  
cretum est ut quia in vigiliis con-  
stitutas nocturnos fures non capi-  
rent, eo quod per diuersas interce-  
dente conludio scelera praetermissa  
custodias exercearent, centenas fieri.  
In qua centena aliquid deperierit,  
capitale qui perdidерat recipiat &  
latro insequatur. Vel si in alterius  
centena appareat, & adhuc admo-  
niti si neglexerint quinos sol. con-  
demnentur. Capitale tamen qui  
perdidерat, a centena illa accipiat

absque dubio, hoc est de secunda  
vel tertia custodia. in CAPITVL.  
REG. FRANCOR. ap. GEORG. pag.  
477.  
o) CAPITVL. Lib. IV. cap. 4. ap.  
GEORG. p. 1393. CAPITVL. Lib.  
VI. cap. 222. ap. GEORGISCH p. 1556.  
ROTHARIS LEGES capit. 269. Si li-  
ber aut seruus voluerit, foris pro-  
uinciam fugere, & index aut qui-  
cunque in loco aut finibus provinciae  
residet, cum comprehenderit, tene-  
at eum; & res quas secum tulerit  
saluas faciat; & mox mandet ad  
iudicem de loco, vnde fugere coepit  
quatenus cum recipiat, & det pro  
uno fugace solidos II. ita ut cum  
rebus quas secum detulerit, redda-  
tur. ap. GEORG. p. 996. Iudices  
autem hoc non facientes in poe-  
nam incurrebant. LVITPRANDI  
LL. Lib. V. cap. 15. De seruo fugace  
& aduena komine si in alia pro-  
vincia

EX PRINCIPIIS IVRISPR. GERMANICAE ANTIQ. CAP. I. II

fiis mandarunt, vt eos qui ad illas confugissent, sine mora  
requi-

uincia inuentus fuerit, tunc Decanus, aut saltarius, qui in loco ordinatus fuerit comprehendere eum debeat, & ad Sculdasum suum perducat. Et ipse Sculdasus iudici suo consignet: & ipse iudex potest a-  
tem habeat evm inqui-  
rendi, vnde ipse est. Et si inuentus fuerit, qui seruus sit, aut fur, mox mandet ad iu-  
digem, aut ad dominum eius, vnde ipse fugerit: & habeat pro-  
prehensura de ipso seruo Solid. II. Si vero post inquisitam causam ipse homo qui comprehensus est, aut in-  
quisitus fuerit, liber apparuerit, nulla sit ei culpa, qui cum comprehen-  
dit, aut inquisitus. Si vero De-  
canus aut Saltarius hoc facere di-  
stulerit, componat Solid. IV. medium  
Sculdaso suo, & medium cuius  
causa fuerit. Et si Sculdasus hoc  
neglexerit facere componat Solid.  
VIII. medium iudici suo & medium  
cuius causa est. Si vero iudex ad

eum inquirendum, vel mandatum  
faciendum, vnde ipse homo est, di-  
stulerit, componat Solid. XII. inpa-  
latio Regis. Et si ille iudex, cui  
mandatum fuerit, neglectum fecer-  
it, ad ipsum hominem recolligen-  
dum, aut Arimanno suo faciendum  
mandatum, quod in tali loco homo  
tuus comprehensus est: & si hoc ne-  
glexerit componat in palatio Regis  
solid. XII. apud GEORGISCH pag.  
1052. Huc etiam referri potest con-  
stitutio illa WISIGOTHORVM  
in LL. WISIGOTH. Lib. VII. Tit.  
IV. L. 2. Quoties Gotbus seu quilibet  
in criminis, aut in furto vel ali-  
quo scelere accusatur, ad corripien-  
dum cum iudex insequatur. Quod  
si forte ipse iudex solum illum com-  
prehendere, vel distingere non pot-  
est, a COMITE ciuitatis QVAE-  
RAT AVXILIVM, cum solus sibi sus-  
ficere non possit. IPSE AVTEM CO-  
MES ILLI AVXILIVM DARE NON  
MORETUR, vt criminis reus insul-

12 DISS. II. DE LITTERIS REQUISITORIALIBVS

requirentibus exhiberent p). Adparitores igitur iudicum fori delicti vestigiis reorum inhaerebant, q) eosque captos, ad iudicem eius loci, in quo deprehensi erant r) deducebant, huncque vel verbis iudicis sui, vel mediantibus litteris ab eo datis, ut fugitiuos remitteret, requirebant. Quo facto iudex requisitus sive per suos sive per requirentis adparitores fugitiuos reddere obligatus erat. Verum haec omnia sequentis saeculi obseruantia immutata sunt. Medii videlicet aevi mores duplex receperunt forum, alterum delicti, (quod iam prisca agnouerant tempora) alterum domicilii, s) quorum illud tunc locum habet.

tare non posse. apud GEORG. p. 2062.

p) CAPITVLAR. Lib. V. cap. CXCIII. IDEM I. alleg. cap. CXCV. apud GEORGISCH. pag. 1450. ADDIT. IV. ad cit. CAPITVL. cap. 128. ap. GEORG. pag. 1831. idque sub graui poena CAPITVL. cit. Lib. III. cap. 26. apud GEORGISCH. p. 1351. IDEM Lib. VI. cap. CCXCI. apud GEORGISCH. p. 1570.

q) Idem & ipsum laesum laesiuem agnato facere potuisse ex voce unius cuiusque in alleg. LEGE BVRGVND.

Tit. LXXXIX. adhibita, concluso.

r) Interdum etiam ad ipsum Regem, cit. LEX. BVRGVND. I. alleg.

s) G. LVD. BOEHMERI saepius laudata *Dissert. de delictis extra territorium admissis* §. 7. p. 13. quod praeter leges usus fori introduxit. DE COCEII de fundata in territor. potest. Tit. IV. §. 9. 10. BRUNNEMANN ad L. 2. C. ubi de crim. num. 2. pag. 251. & FARIN. QU. VII. num. 24. seq. 10. SAM. FRID. BOEHMERI *clementa iurisprud-*

habebat, quum reus ibi vbi delictum commiserat deprehensus esset, t) hoc vero quotiescumque reus cautius mercatus, sui potestatem non fecisset. u) Inde factum est, vt & libertas illa quoquouersus persequendi fugitivos,

prud. *Criminal.* Sect. I. Cap. III.  
§. 68. num. 2. pag. 45.  
t) SPECVL. SAXON. Lib. III. art.  
25. (pag. 371. edit. GAERTN.)  
G. L. BOEHMER cit. diff. loco  
alleg. pag. 14. idque obtinebat, cum  
1) si reus ἐπ' ἀντροφώγῳ oppreslus  
esset, (i. e. in der handhaftigen  
That, cuius sequentem definitionem  
dedit SPECVLATOR in iure Prou.  
Sax. Lib. II. art. 35. pag. 241.  
Handhafte That ist das,  $\omega$ ) so  
man einen Mann in der That, oder  
 $\beta$ ) in der Flucht der That, greiffet,  
oder  $\gamma$ ) wann er diebstal oder raub  
in seinen Geweren hat, da er selbst  
den Schlüssel darzu traeget) tum etiam  
2) si crimen iam hellernum  
eine übernaechtige That fuerit. cf.  
Idem SPECVLATOR SAXO Lib. II.  
art. 36. p. 247. IO. GOTTL. HEI-

NECCII Elem. Iur. Germ. Lib. III.  
tit. IX. §. 313. pag. 658. Hoc tamen addito discriminine, vt priori  
casu accusatio semper cum clamore  
fieret. IDEM REPKOVIVS Lib.  
II. art. 64. p. 305. posteriori autem  
casu non indistincte, IDEM l. cit.  
sed tunc tantum si accusator spera-  
ret se reum ferro esse coniucturum.  
HEINECCIVS l. cit. §. 316. p. 663.  
cf. etiam *Auctor des RICHTSTEIGS*  
cap. XXXIII.

u) G. L. BOEHMER loco alleg.  
§. 8. pag. 17. Hoc tamen casu etiam  
in foro delicti ad proscriptionem  
agi poterat, & si tunc reus,  
legitimis vocatus edicatis, se non si-  
steret, banni poena ei irrogabatur.  
SPECVLVM SAXON. Lib. I. art. 67.  
p. 151. HEINECC. l. cit. §. 327. p.  
674. BOEHMER l. c. §. VIII. p. 17.

14 DISS. II. DE LITTERIS REQUISITORIALIBVS

uos, certis, iisque angustioribus circumscriberetur limitibus, x) & remissio delinquentium ad forum delicti ita  
dege-

x) Limites ostendit IUS PROV. SAX. L. II. art. 71. Nempe tunc quoquouersus fugitiuos persequi licet, si in ipso facinore deprehensi, aufugerant. Adiiciam verba speculatoris. *Waffen mag man wol führen, wenn man dem geruft folget; und dem sollen durch recht folgen alle die zu ihren jharen kommen sind, also fern, das sie Schwert führen mögen, es benemen sie denn des ehehaft noth, sonder Pfaffen und Weiber, Kirchner (quae vox clericos inferioris ordinis denotat, Quum enim hi omnibus iuribus clero tributis fruantur ISIDORVS in Can. I. dist. 21. IDEM in sequenti §. 19. AVGVSTINVS LEYSERVS in medit. ad ff. Spec. XXXI. m. 2. Tom. I. pag. 314. etiam medii aevi rationibus ab vsu armorum remoti fuisse videntur G. L. BOEHMER de iuribus ex statu militari Germanorum pendentibus cap. I. §. VIII.* pag. 15. seq. 10. HENR. CHRIST. de SELCHOW *de iuribus ex statu ingenuorum pendentibus Cap. II. §. 30.* pag. 102. seq. Falsa ergo est explicatio glossatoris qui vocem KIRCHNER, aeditius respondere contendit, apud GAERTNER p. 314.) und Hirten: *Als sie auch folgen vor eine burgk, da sollen sie vor bleiben drey tag, jeglicher mit seiner selbst kost, binnen dem Gericht, die weil jener vorgehet oder reitet, der das gerufte geschrieben hat: Ist er aber gewundet oder gefangen, dass er nicht folgen mag, so sollen die leut folgen bey ihrer pflicht, die weil sie jenen anssehen, der den Fried gebrochen hat, ob er wol in ein ander Gericht fleucht: Mogen sie ihn dann gefaben auf den feld, das die leut von ienem Gericht dazu nicht kommen, sie sollen ihn führen in ihr Gericht; Fleucht er aber zu dorf oder zu stedten, oder zu*

degeneraret, ut non modo iudices fori domicilii eam saepe denegarent, y) sed etiam iidem interdum contenderent, iudicibus fori delicti nullam esse cognitionem de crimini bus peregrinorum, etiam ne tunc quidem, si facinorosus in loco delicti comprehensus esset, verum hanc ad solos fori domicilii iudices pertinere. z) Originem huius mutationis

ORIGINIS

zu bürgen in ein ander Gericht, man soll das GERVFT VORNEUEN und soll dazu beischen den Bäuermeißer und die bawern daselbst und die guten leut von Ritters art, die man zu der Zeit haben mag, VND MAN SOL IHN FORDERN ZV RECHTEM GERICHT: DAN SOLL MAN IHM DANN ANTWORTEN, OB ER IN DER HANDHAFTHAFTEN THAT BESTETTIGT IST, VND OB SIE DAS ZEVGEN MOEGEN MIT SIEBEN MANNEN, DAS SIE IHN GEFOLGET HABEN IN DER HANDHAFTHAFTEN THAT VON IHREM GERICHT BIS ALLDA: darnach sollen sie bürgen sezen vor des Mannes Webrgelt oder Buss, ob sie ihn mit Recht nicht überwinden, dass sie ihn künwider führen, und daranthan

wollen was recht ist. pag. 315. edit.  
GAERTNER. cf. HEINECC.  
Elem. Iur. Germ. Tom. II. Lib. III.  
Tit. 9. §. 315. p. 663.

2) Ita a. 1467. Nicolao Pflug praefecto Lipsiensi denegata est remissio delinquentium ab Henrico de Stammer episcopo Neoburgensi, eandemque ob causam is episcopo pro istius aeni moribus bellum indexit. Litteras dissidationis ex MÜLLERO in Annal. Sax. a. 1467. exhibet DE ERATH Cap. II. §. 126. p. 195. & 196.

2) Eiusmodi controversia Saec. XIII. inter Sueos & Boios intercedebat. Illi negabant Sueum qui in Boica prouincia delictum commisisset, ibi comprehendendi &

puniri

## 16 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

tationis sic ut alia omnia optime tradit. **DE ERA TH.** a) Cuius verba mea facere non dubito. *Perstitit remittendi legalis necessitas apud Germanos, quamdia auctoritas vel Regum vel imperatorum, ius quoddam uniuersale sustinuit.* Ex quo autem, de criminibus cognitio, antiquissimo aeuo, sacerdotibus, b) conciliis, c) & principibus d) commissa, e) atque

puniri posse, hi idem de Boüs negabant. Quam item RUDOLPHVS IMP. ita decidit: neque comprehendendum a Boi Sucuum, nec contra; sed delicti cognitionem & correctionem per utriusque prouinciae delegatos, quos pacis conseruatores vocabant, coniunctim esse faciendum: Refert hanc item Ioannes ADLZREITTER A TETENWEIS *Annal. Gent. Boi. Part. I. L. XXV. §. 9.* cf. IO. NIC. HERTIVS *de subiectione territoriali Vol. I. Tom. II. dissertat. VI. §. 9. nota\** p. 383. Ita quoque Brabantini contendebant subditos suos in loco delicti forum non sortiri, vi priuilegii quod Io-hannes Lotharingiae & Brabantiaedux a. 1349. 8. Cal. Augusti a Carolo IV. impetraverat. Quam

multae contentiones exinde originem traxerint: de eo vide FRITZ SCHIVM in *Elec. Iur. Publ. P. I. c. 12. & HERT. c. 1. §. 9.* p. 382. Ipsum priuilegium ( vulgo Bulla Brabantina dictum ) exhibet LINNAEVS *Iur. Publ. Lib. V. cap. II. §. 53.* p. 66. & PFEFF. *AD VITR. Lib. III. Tit. XVII. §. 27.* p. 1166. conf. EM. MART. CHLADENIUS *de abusibus Bullae Brabantinae.*

a) cit. tr. Cap. II. §. 125. pag. 194.  
b) TACITVS *de Moribus Germ.* cap. VII.

c) IDEM cap. XI. licet apud CONCILIVM quoque accusare & capititis discrimin intendere.

d) IDEM cap. XII. eliguntur in iisdem comitiis PRINCIPES, qui iuper pagos vicosque reddunt.

EX PRINCIPIIS IURISPR. GERMANICAЕ ANTIQ. CAP. I. 17

atque sub Francorum imperio, f) tum ab ipso rege in caussis maioris momenti usurpata g) tum ducibus

e) IO. FRID. POLAC *Systema Iurisprudentiae Civilis Germanicae antiquae Lib. IV. Cap. I. §. 1. & 2.*  
pag. 228.

f) A Carolo M. iudicis etiam Westphalicis Sec. XIII. XIV. & XV. celeberrimis, & in Westphalia, ac vicinis locis inter Rhenum & Virginum sedes habentibus, (IO. NIC. HERTIVS de *Consultat. Legib. Et Iud. in Opusc. Vol. I. Tom. II. Diff. VII. §. 20. p. 444.*) iurisdictionem criminalem demandatam esse communis sententia est. AENEAS SYLVIVS PICCOLOMINEVS de his quae Frid. III. imperante per totam Europam gesta sunt. (apud FREHER. Tom. II. p. 37.) cap. 29. IO. IVST. WINCKELMANNVS in *Not. histos. Polit. vet. Saxon. Westphal. cap. vlt.* IO. FRID. POLACK l. cit. Lib. IV. cap. XIV. §. 2. p. 264. SCHOTTEL de *singularibus iuri-*

bus Germ. cap. XXIX. §. 5. a qua tamen recedunt IO. HERM. CONRINGIVS de *Orig. Iur. Germ.* cap. 19. & IO. HENR. BOECLER in *diff. de Widikindo M.* p. 20. seq. de audacia horum iudiciorum vide IO. IOACHIM MULLER im *Reichs-Tags-Theatro unter Kayf. Frid. V. Vorstell.* II. cap. VI. §. 1. num. 8. pag. 500. num. 9. pag. 502. num. 10. pag. 504. IDEM l.c. §. 2. 3. & 4. p. 508. WENCKER in *adparatu Archiuorum LXIX.* p. 385. IO. FRID. SAM. BOEHMER l.c. S. I. cap. III. §. 57. p. 37. deque eorum sublatione vid. MARQ. FREHERI *diff. de iudicis occultis Westphal.* p. 6. IO. PHIL. DATT. *depace publ. Lib. IV.* cap. IV. num. 91. & IO. NICOL. HERTIVS l. alleg. p. 445.

g) cf. CAPITVL. CAROLI M. de anno 812. apud STEPH. BALVZ I. 497. & GEORGISCH. p. 766.

18 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

bus, *b*) comitibus, *i*) seu grauionibus\*) & missis regiis, *k*) a principe delegata; *l*) & posteriori denique seculo, praeter duces, *m*) Comites, *n*) & Gograuios; *o*) burggrauis etiam, *p*) Landgrauis, *q*) Palatinis *r*) Scultetis *s*)

Aduo-

*IO.* FRID. POLACK *I. cit.*, Lib. IV.  
cap. I. §. 4. pag. 230.

*b)* POLACK *I. c. cf.* GREGORII  
TVRONENSIS *Historia Franiorum*  
Lib. II. cap. 20. ap. DU CHESNE  
Tom. I.

*i)* HINCMAR *de ort. pal.* cap. XIX.  
seq. apud DUCHESE II, p. 492. cf.

*IO.* STEPH. PV TTERI *Grundris der Staats-Veraenderungen des teutschen Reichs*, IV. Zeit. IV. §. 8.  
pag. 39. *IDEM I. c. VI. Zeit.* IV. §. 9.  
p. 71. & *IO. SAM. FRID.* BOEHMERI  
*Elem. Iurispr. Crim. Sect. I. cap III.*  
§ 48. p. 29. *POLAC.* *I. cit.* Lib. IV.  
cap. XIV. §. 5. p. 265.

*\*)* PAVLVS WARNEFRIDVS de  
geslis Longobardorum Lib. V. c. 23.

*k)* *IO. SAM. FRID.* BOEHMER  
*I. cit.* STEPH. BALVZII *Capit.*  
*Reg. Franc.* p. 1213.

*l)* *L. ALLEMANNOR.* Tit. XLI.  
L. I. & vlt. apud GEORGISCH pag.

*214. l.* WISIGOTHOR. Lib. II. Tit.  
I. L. XIV. apud GEORGISCH p. 1866.

*m)* vid. Charta Odonis ducis  
Burgund. de anno 1206. quan ex  
DU FRESNE excerptam tradit FRID.  
ESAIAS PVFFENDORFIUS *de Iuris.*  
Germ. P. II. Sect. II. cap. I. §. 47.  
pag. 176.

*n)* *IO. NIC. HERTIVS* *de Consultat.*  
*Legibus & iudiciis in Opus.*  
Vol. I. T. II. diss. VII. §. 19. pag. 441.

*o)* *IO. SAM. FRID.* BOEHMER  
*loco alleg.* §. LIV. num. 7. p. 34.  
qui ex medii aei rationibus comitiis  
subordinati erant, IUS PROV.  
SAXON. Lib. I. art. LXXI. pag. 161.  
(edit. Gaertner.)

*p)* BOEHMER *I. cit.* num. 3.

*q)* CHRISTOPH. LEHMANNI *Chron.*  
*Spirensse* Lib. VI. cap. XVIII.

*r)* WIGVLEII HVND. *Bairisches Stambuch II*, pag. 27.

Aduocatis *t*) marchionibusque *u*) tradita *x*), ab imperii proceribus, *y*) iure hereditario adquisita, atque supremae in territoriis potestati adscripta est; *territoria vero ordinum specialis quasi*, & ab altera separatae reipublicae faciem induerunt, *nexus communii magis magisque soluto*, territoriorum olim praesides, iam domini, remissionem requirenti sensim denegarunt, ne is videretur exercere ius propriae iurisdictioni maxime nocuum.

*s) IO. PETR. de LVDEWIG Opusc.* p. 62. tum urbicis, *IO. NIC. HER-*  
*Tom. II. pag. 566. BOEHMER l. c.* *TIVS cit. l. p. 442.*  
*num. 8.*

*t) Tum prouincialibus. vid.* Charta Caroli IV. de anno 1360. apud GLAFAY p. 83. tum ecclesiasticis, vid. diploma Alberti D. Sax. de anno 1243. apud *IO. GOTH.* de MEIERN in appendice document. ad Deduct. Mollnensem p. 35. & WILH. FRID. von dem KNESEBECK in diff. de aduocatis Sect. I. §. 15.

*u) GERHARD de duellis Cap.*  
*II. §. 100. BOEHMER l. c. num. 5.*

*x) & ab his iterum Sec. XIII.* nobilibus & ciuitatibus municipali-  
bus concessa *IO. HERM. CONRING.*  
*de iudic. Germ. §. 85. IO. NIC.*  
*HERTIVS l. c. §. 22. pag. 449.*

*v) de acquisita a liberis imperii ciuitatibus iurisdictione criminali* vid. *IO. SCHILTER ad Ins feud. Al-*  
*lem. p. 263.*

20 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

CAP. II.

DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS EX VSV  
IVRISPRVDENTIAE GERMANICAE  
RECENTIORIS.

§. V.

I) AN LITTERAE REQVISITORIALES OBTINEANT.

Quae a maioribus introducta est requisitio iudicialis illam posteri tum moribus conseruarunt, tum Legibus passim ornarunt: & ita quidem ut nec hodie vlli iudici extraneo liceat intra fines iurisdictionis alterius actum quendam immediatum suscipere. a) Atque haec non modo de iudicibus diuersorum territoriorum valent, verum etiam de iudicibus eiusdem territorii b), quatenus nempe eorum

pote-

a) FRID. ESAIAS PVFFENDORF  
TIVS in comment. de Iurisd. Germ.  
P. I. Cap. IV. §. 25. p. 71. Sin autem  
hoc fecerit, iudex non requisitus  
poterit tum nuncium qui hoc  
nomine iudicis peregrini suscepit  
coercere GUNTHER MARTINI  
in analiectis forensibus Tit. IV. num.  
XXXI. p. 121. IDEM in comment.  
forens. ad process. iudiciar. Tit. IV.

in rubr. num. 50. p. 240. ANDR.  
GAIL. Lib. I. Obs. 56. n. 7. tum pro-  
testatione facta ius sumum tueri DAV.  
MEV. Parte VII. dec. 391. re autem  
ad huc integra ipsum actum prohibe-  
re MULLER cit. diff. c. 3. §. 22.  
p. 55.

b) DAV. MEVIUS Part. I. Dec.  
24. num. 2. 3. COLER Proc. Exec.  
P. III. c. VII. n. 32. seqq.

EX PRINCIPIIS IURISPR. GERMANICAE ANTIQV. CAP. II. 21

potestati, a domino territoriali certus quidam distictus  
cum iure alios excludendi, subiectus est c).

## §. VI.

a) AN ET TUNC SI SUPERIOR CVM INFERIORE CONCVRRAT.

Difficilior est quaesitio, an & superior, qui inferiori iurisdictionem proprio nomine exercendam concessit, eumdem litteris requisitorialibus adire teneatur, si actum quemdam iurisdictionis, intra limites quos ipse inferioris iurisdictioni constituit, suscipere velit. Eleganter litem decidit DE ERATH d) qui, potissimum ad modum quem princeps in concessione iurisdictionis suo beneficio prescriperit, respiciendum esse, monet. Is autem triplex esse potest. *Vel enim* (vtait) *superior iurisdictionem priuatiue in eum contulit*: tunc superior a requisitione immunis non est e) *vel cumulatiue* f) tunc nec ipse inferiorem nec

is

c) VUFFENDORF. loc. cit.

art. 3. n. 35.

d) in cit. tractat. Cap. I. §. 31.

f) vii in dubio praesumitur. DE

pag. 46.

ERATH loc. cit. §. 33. in nota (\*) p.

e) IDEM l. cit. §. 32. p. 46. NIC.  
CHRIST. de LYNCKER de pot. emin.  
princ. in iudic. p. 16. BENEDICT.  
CARPOZOV in proc. iur. Tit. 7.

47. IO. NIC. HERTIVS de con-

sultat. Legibus & iud. in Opus.

Vol. I. T. II. Diff. VII. §. 22. pag.

450.

C 3

22 DISS. II. DE LITTERIS REQUISITORIALIBVS

is superiorem requirere tenetur. g) Vtique autem casu vel omnis omnino iurisdictio in quem collata est, vel superior sibi insigniores aut aliquas certe partes reseruauit. Atque tunc quidem in reseruatis h) litterae requisitoriales necessariae non sunt, in non reseruatis autem procedendum est secundum regulam supra traditam.

§. VII.

b) QVID SI PRINCEPS REGNANS CVM APANAGIATO CONCVRRAT.

Idem etiam de principibus apanagiatis valere; si autem nihil paetis determinatum, primogenitum regentem sine requisitione actus immediatos intra limites iurisdictionis secundo geniti, suscipere posse puto. Atque id etiam (si quid video), ex ipsa apanagii lege fluit. Quamuis enim integri terrae tractus, secundo genitis in apanagium & dari possint, & interdum quoque dentur, i)

pri-

g) DE ERATH I. c.

b) quorum praecipue pertinent  
i) appellations. PETR. MULLER cit.  
diff. cap. II. §. II. p. 19. & 2) caus-  
sae feudales atque ecclesiasticae, de  
quibus infra.

i) IO. IAC. SCHMID. Comp.

Iuris publ. Lib. II. cap. XVI. § 18. p.  
284. IO. STEPH. PVTTERI Nova  
epitome iuris publ. Lib. III. cap. IV.  
§. 346. p. 162. IO. FRID. WAHL de  
Sententiarum summor. S. R. I. iu-  
dic. contra principes apanagiatos  
executione §. IO. p. 23.

primogenitus tamen semper solus in iisdem terris superioritatem retinet. k) Ita ut apanagiati eas tantum modo administratorio quasi iure possideant. l) Ex quibus sequitur, semper pro primogenito presumptionem militare, idque eo magis quam hodie plerumque omnia ea iura quae pactis determinata non sunt, vi adiectarum eiusmodi patetis clausularum, primogenitis reseruentur, vti factum est in tabulis conuentionis, inter Georgium Hassiae Landgrauium (ex Sereniss. gente darmstadina) & Georgium filium eius anno MDCLXI. super apanagio in Dynastia Iterana constituto initae m)

§. VIII.

- k) SCHMAVSS. loc. cit. §. 17. WAHL cit. diff. §. 6. p. 14. & §. p. 283. PVTTER I. cit. §. 345. p. 10. p. 23.  
161. GE. MELCH. DE LVDOLF de introduc*t*. iuris primogeniturae Part. spec. §. XII. n. 17. IO. IAC. MOSERI Teutsches Staats-Recht P. XIV. p. 440. GOTHOFR. CHRIST. LEISER de praediis in apanagium concessis n. 45. cf. etiam IO. GVIL. ITTER de feudis imperii. IO. IAC. MASCOV in principiis iuris publici. Lib. VI. cap. V. §. IO. IO. ERID.
- l) IOAN. NICOL. HERTIVS de specialibus Germanicis imperii rebuspublicis Sect. II. §. II. pag. 115. (in Opusc. Vol. I. Tom. II. diff. III.)  
m) Ferner soll zum zehenden allein des Herrn Landgraff zu Hessen Fürstl. Durchl. für sich und dero Nachkommen regierende Fürsten aus Hessen Dero Herrn Sohn Herren Landgraff Georgens des mittlern Fürstl.

## §. VIII.

H) IN QVIEBUS CAVSIS LITTERAE REQVISITORIALES OBTINEANT.

Transeo nunc ad causas in quibus ex iuris Germanici principiis litterae requisitoriales locum habent. Normam hic generalem tradit FRIDER. ESAIAS PVFFENDORFIVS n) cuius verba haec sunt: *quoties iudiciale potestas in alieno districtu exercenda est, toties eius iudicis venia impetranda cui de hoc causarum genere iurisdictione in districtu illo competit.* Ergo litterae requisitoriales non in ciuilibus modo, sed & in aliis quoque caussis obtinent; inter quas quum caussae ciuiles, feudales, ecclesiasticae atque criminales, praeminentiam sibi quandam vindicent, omissis reliquis, de illis in sequentibus §§. disputabo.

## §. IX.

Fürstl. Gn. hierin specificirten und verglichenen iuribus (als außer welchen seine Herrn Landgraff Georgen des mittlern zu Hessen Fürstl. Gn. und Dero Manns-Leibs-Lehens-Erben und Nachkommen in der Herrschaft Itter sich keiner oder andern mehrern Rechten auf einige weisse anmassen sollen) noch ferner vorbehalten seyn, unter andern Lands-Fürstl. iuribus, auch

mit nahmen -- EVOCATIONES -- VND WAS SONSTEN, vermög der vorbehaltenen Lands-Fürstl. superiorität, denen regierenden Fürsten zuständig, und Herren Landgraff Georgens des mittlern Fürstl. Gn. HIERIN AVSDRÜCKLICH NICHT ÜBERLASSEN IST. hoc pactum exhibet IO. NIC. HERTIVS l. c. pag. 115, & 116.  
n) In cit. tract. de Iurisd. Germ. P. I. cap. IV. §. 28. p. 72.

EX PRINCIPIIS IURISPR. GERMANICAE ANTIQ. CAP. II. 25

§. IX.

A) DE VSV LITTERARVM REQVISITORIALIVM  
IN CAVSSIS CIVILIBVS.

Atque in ciuilibus quidem caussis, de quibus primo loco exponendum erit, ea, tantum non omnia valent, quae in doctrina de requisitione iudiciali Romanorum Legibus sunt constituta. Namque Germani non modo quae generatim peregrinis Legibus circa fori diuersitatem & ex illa nascentem iudicis competentiam, in litteris requisitorialibus necessariam, introducta sunt, magna ex parte moribus adprobarunt, sed & ea plerumque confirmarunt, quae in Iustiniani constitutionibus tum quoad formam eiusmodi litterarum tum quoad effectum praefinita legimus.

§. X.

I) IN CITATIONE.

a) DE CITATIONE REORVM PRIVATA.

Citationem priuatam reorum in territorio alieno degentium, sine praecedente requisitione fieri non posse, o)  
nisi

b) ne quidem per notarium facta effectum habet. NIC. CHRIST. ME V. P. VII. dec. 390. IO. GEORG.  
de LYNCER. *in comment. ad ff.* ESTOR *kleine Schriften* Vol. III.  
L. II. Tit. IV. §. II. pag. 253. DAV. P. XII. p. 736. AVG. LEYSER *Med.*  
ad π. spec. 22. m. 2. T. I. p. m. 3:8.

D

p)

26 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

nisi id aut obseruantia receptum, p) aut vi pactorum licitum, ex iis quae supra a nobis demonstrata sunt, patet q). Mittendae igitur sunt litterae requisitoriales ad iudicem, cuius potestati reus subiectus est, iisque vel iudex requisitus rogandus, ut ipse reum citet, vel adiicienda simul citationis formula, eum in finem, ut eamdem requisitus citando insinuari curet r) Neque etiam sufficit semel hanc citationem, quam subsidialem dicunt, fieri, sed (ut verbis, a. u. de ERATH utar) toties id repetendum est quoties alias citandus quis foret, si in finibus moraretur citantis. s)

§. XI.

I) DE EIVS FORMA.

Non autem omnibus solemnitatibus solutae sunt eiusmodi litterae requisitoriales. Namque non modo I) iudicis requirentis sigillo muniendae sunt, ut ne fide publica destituantur, sed & II) causa citationis in illis exprimenda,

vt

- p) SCHWENDEND. ad FIBIG. cap. 2. num. 76. PETRVS MULLER in *diff. de citatione subsidiali* (habita Jenae 1693 recusa ibid. 1750.) Cap. III. §. 23. p. 55.  
q) vid. §. 5. cf. adhuc ANDR. GAI-
- LIVS *de arrestis* cap. VII. nro. 10. IDEM in Obseru. I. Obs. 56.  
r) DE ERATH. *cit. tract. Cap.* II. §. 98. p. 143.  
s) IDEM l.c. §. 106. pag. 147.

vt requisitus inde perspicere possit, ex iusta caussa illam fieri, & denique III) si ipsa citationis formula simul transmititur, non obsignata t) illis iungenda erit, quo requisitus certus sit, se absque praeiudicio suo insinuationem istam posse peragere.

§. XII.

2) DE EIVS INSINVATIONE ET EFFECTV.

Traditis iudici requisito litteris requisitorialibus, si eius, qui requisivit, postulationi concedere secum constituit, vel munio suo demandat, vt reum citet, aut citationis formulam ad eum transferat u), vel requirentis nuncio, siue notario ab eo missa facultatem hoc faciendi indulget x). Priori casu, peracta in ius vocatione, opus est, vt requisitus requirentem de rite facta insinuatione solemni testimonio certiore reddat. y) Posteriori vero casu hae ambages praescinduntur omnes, & ipse nunciis seu notarius de facta insinuatione ad requirentem refert, perinde ac si

in

t) DAV. MEV. Conf. 93. n. 66. DE  
ERATH l. alleg. §. 98. p. 143.

u) PETR. MULLER cit. diff.  
§. VII. pag. 36.

x) IDEM l. c. pag. 35.

y) DE ERATH cit. l. cap. II. §.  
100. p. 144. KLOCK. IV. conf. 38.

n. 25. PETRVS SCHVLTZE de  
subsd. cit. (Francof. 1685.) cap. III.

§. 13.

28 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIEBUS

in territorio requirentis insinuatio esset peracta. z) Caeterum ita facta in ius vocatio eo gaudet effectu, ut citatus, vel ipse vel per procuratorem a) in citantis iudicio comparere obligetur. b) Neque etiam ab eo exceptiones fori declinatoriae in requisiti iudicio possunt proponi c), quum requisitus d<sup>r</sup> requirens ratione fori non diffentire merito reputentur d). Sin autem requisitus precibus requirentis indulgere moretur, idque sine iusta causa factum esse adpareat,

z) DAV. MEVIVS P. IV. dec. 328. n. 5. DE ERATH l. cit. §. 102, pag. 145.

a) nisi in iudicio reddendarum ab administratore rationum, ubi ipse reus comparere obligatus est, DE ERATH l. cit. §. 107. p. 147. & ab eo alleg. H V SEM de reniss. delinqu. art. 5. §. 3. & ES. PV FEND. Proc. Crim. cap. 5. §. 9.

b) is autem non comparens in contumaciae poenam incurrit. IACOBI GOTTLIEB. SIEBERI commentatio de effectibus contumaciae ante L. C. in causis ciuilibus a reo commissae §. 4. pag. 8. praevia nempe accusatione contumaciae DAVID,

MEVIVS P. III. dec. 390. id quod etiam medii aevi mores probasse videntur, quod testatur charta apud VALENTIN FERDINANDVM S. R. I. L. B. de GVDENVS in Cod. Diplom. Tom. II. pag. 1026. sic concepta. Ad instantiam discreti Viri ARNOLDI DE BRITSCHY contumaciam TYLMANNI DE KVLEN accusantis -- eundem -- TYLMANNVM sentencialiter proscriptus.

c) PETRVS MULLER Cap. III. §. 15. p. 47.

d) verba sunt saepius laudati DE ERATH. loc. alleg. §. 105. p. 146.

pareat, e) tunc requirens superiorem adire, atque ab eo petere poterit, ut requisitum adigat, tum ad citationem insinuandam, f) tum ad damna, si quae culpa sua data sunt, resarcienda. g) Quod si vero superiorem non agnoscat, aut is simili quadam animi pertinacia coactionem inferioris refugiat, procedendum ei erit ad citationem editalem h).

### §. XIII.

e) si enim dubia vel nulla est ciantis iurisdic<sup>tio</sup>, sine dubio requisitus citationis insinuationem denegare poterit DAV. MEVIVS Conf. 93. n. 41. quod etiam de eo casu valet si vel priuilegiis singularibus, vti Norimbergenium, cf. CARPZ. II. Resp. 29. IDEM dec. illusfr. 31. HERTIVS de subiect. territor. §. 9. Opusc. Vol. I. T. II. Diff. VI. p. 381. vel statutis ciuitatis eiusmodi citatio reputet ut IVR. LUBEC. Part. V. tit. 3. art. 5. quo iure etiam Roslochienenses & Stralsundinenses vtuntur MEVIVS ad Ius Lubec. cit. loco n. 8. 9. GEORG. CHRISTIANI GEBÄVERI Comm. de Jurisd. cap. II. §. 7. p. 75.

f) PETR. MULLER cit. diff. C. III. §. 17. p. m. 49. MEVIVS P. VII. dec. 87. MATTH. BERLICHIVS

P. I. conclus. VIII. ULR. THOMAS LAVTERBACH Coll. Theor. Pract. Lib. II. Tit. IV. §. 22. p. 197. poterit etiam adpellare tamquam a grauamine extra*iudiciali* LYNEK. de grauamine extra*iudiciali* Cap. III. P. II. pag. 156. DE FRATH l.c. Cap. I. §. 51. pag. 70. CARPOV. Iurisprudentia forensis P. I. cap. II. def. 27. & 28. IDEM de processu T. VII. artic. III. num. 6. conf. LAVTERB. l.c. p. 198.

g) PETR. MULLER l.c. §. 18. p. m. 50.

h) de citatione subsidiaria adhuc egertuntio. PHIL. SLEVOGT in diff. de extraordinar. citatione Ienae 1704. & IO. FRID. BRENCKENHOF de citatione subsidiaria. Arg. 1666.

30 DISS. II. DE LITTERIS REQUISITORIALIBVS

os de erratis

§. XIII.

b) DE CITATIONE EDICTALI.

Citatio edictalis igitur non indistincte obtinet, quando is, qui citandus est, extra territorium viuit, ut hoc contendit **VMMIVS** *i)* & **REYGER.** *k)* sed tunc tantummodo, si aut nescitur, ubi in ius vocandus degit, *l)* aut si magistratus auxilium suum pro insinuanda citatione negat. *m)* Cuius argumenti ratio in eo posita est, quod edicta-

*i) ad Process. disput. 5. num. 62.  
k) in notis ad Mynsing. Cent. 2.  
Obs. 69.*

*l) ULRICVS THOMAS LAVTER-  
BACH in Coll. Theor. pract. Tit.  
de in ius voc. §. XVIII. (p. 196.  
edit. de a. 1714.) STRYCK Vsu  
Moderno Tit. de Iud. §. 29. GVN-  
THER MARTINI Analecta ad  
Proc. Tit. IV. rubr. n. 51. aut si tu-  
tus non pateat ad eum accessus;  
id quod docet charta apud de Gv-  
DENVS l. alleg. pag. 1265. cuius  
verba haec sunt: Officialis Curie  
Coloniensis. Plebanio in Arwylre, --  
Vobis mandamus, quatenus sitetis*

*peremtorie coram nobis Dnam Ne-  
sam de Langenau -- si ipsius co-  
piam commode habere poteritis,  
ET AD EAM TUTVS PATFAT AC-  
CESSVS ET RECESSVS; ALIOQVIN  
in ecclesi parochiali in Arwylre  
publice de Ambone; copiam eciam  
presencium valvis dicte ecclie affi-  
gendo sub testimonio competenti;  
(eam vocetis) -- Datum Anno  
Dominii MCCCCXX. sexto, die  
X mensis Iulii.*

*m) AVG. LEYSER in meditat.  
ad ff. spec. 32. m. 5. Tom. I. pag.  
331.*

EX PRINCIPIIS IVRISPR. GERMANICAE ANTIQ. CAP. II. 31

edictalis citatio quodammodo de sama eius, qui citatus est, detrahatur, n) sic que ad eam extremo tantum loco recurrentum sit. o) ipsum autem edictum, si quod propositum est, speciali insinuatione non indiget, p) atque eatenus quoque a requisitione iudiciali immune est. Sed quum idem tribus locis domicilio citandi vicinis affigendum sit, q) idque iudex, qui reum in ius vocat, propria auctoritate expedire non possit, r) iudex etiam tunc, quum

reum

n) LEYSER l. c. p. 332.

o) STRYCK Introd. ad praxin forenſ. Cap. IV. §. 3.

p) DE ERATH l. c. §. 104. p. 146.  
Memini tamen etiam edictalem citationem reo esse insinuatam, quod videre licet ex edicto quo PATRES GEORGIAE AVGUSTAE CONSCRIPTI A. D.N. ex capite malitiosae desertionis publice vocabant. Verba edicti sic concepta erant: Urkundlich ist dieſe Edictal Citation in dreier Herren Laender nicht nur zum öffentlichen Anſchlag gebracht, sondern DEREN INSINVATION PER SVESIDIVM AVCH an des D. N. Ehefrau

ANS HOECHSTE GERICHT ZU N. RESORGET, und nebst Beidruckung des großen Universitäts Inſiegels, auch mir dem zeitigen Prorectore unterschrieben worden. So geschehen den 16. Iunii 1757. G. G. RICHTER h. t. P.

q) GAIL. II. Obs. 57. n. 10. LAVTERBACH. loco alleg. 10. ERVNNE-MANN. ad regulas Iuris Canon. praelect. (adiectione tract. de iure eccl.) reg. 40. num. 5. p. 105.

r) per supra §. 5. deducta caeterum haec citatio, vt GAILII Lib. I. Obs. LVII. num. 12. verbis utar, perinde

32 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

reum in alieno territorio degentem per edictum vocat, a litterarum requisitorialium solemnitate solitus non est. Quod si vero, modo supra descripto, publicae eiusmodi citationis tabulas iuncta requisitione ad eum miserit, qui in eo loco, vbi edictum affigendum, iurisdictioni praest, extra omnem dubitationis aleam positum est, requisitum, non modo ut tabulas ad se missas publice proponat atque illas per legitimum tempus affixas manere curet, verum etiam ad id obligatum esse, ut de rite facta publicatione ad requirentem referat s).

§. XIV.

II) IN PROBATIONE.

a) DE TESTIVM EVOCATIONE.

Testium in alieno territorio domicilium habentium examen duobus modis expeditur. Si enim vel sponte ad iudicem, coram quo lis mota est, se conferunt t), vel in

I. Obs. LVII. num. 12. verbis utar,  
perinde citatum ad comparendum  
arretat, atque personalis citatio, &  
non comparendum reddit contumacem. cf. CARPZOV P. I. C. II.  
def. 27. & 29.

t) BENEDICT. CARPZOV Iu-

risprud. Conf. Lib. III. def. 24.  
num. 24. ULR. THOM. LAUTER-  
BACH C. Theor. pract. Tit. de te-  
stibus §. 9. p. 310. DAV. MEVIVS  
Part. V. Dec. 202. PETR. MULLER  
l. cit. §. vit. p. 56.

EX PRINCIPIIS IURISPR. GERMANICAE RECENT. CAP. II. 33

in loco, vbi causa agitur, deprehenduntur, u) eorum examen quin sine litteris requisitorialibus perfici possit, dubium non est. Sin autem extra territorium iudicis, qui in illa causa ius dicit, commorantur, pars testem producatura iudicem adit eumque rogat, vt testi mediantibus litteris requisitorialibus testimonium denunciet. Quo facto iudex litteras eodem ferme, vt in reorum citatione, modo conceptas ad eum iudicem mitrit, x) cuius iurisdictioni testis citandus subiectus est, adiecitisque plerumque articulis probatorialibus iudicem rogat, vt testem auctoritate sua ad declarandam rei veritatem adigit. Is autem acceptis eiusmodi litteris terminoque ad examinandum praefixo, non testem solum, sed & partes ad dandum interrogatoria, & videndum iurari in ius vocat, y) atque examine peracto rotulum conficit eumque ad requirentem remittit z). Quid vero si iudex testium examen suscipere

aut

u) HAHN ad WESENBECC. Lib. ris publ. Lib. III. Tit. XVII. §. 28. XXII. Tit. V. n. 2. ULR. TH. LAV. num. I. p. 1175.

TERB. l. alleg. §. VIII. p. 309.

x) conf. RVMELINVS ad Aur. Bull. Part. II. Diff. I. θ. 22. & PHIL. REINH. VITRIARIUS Insit. In-

y) & durante requisitione de omnibus, quae in examine occur- runt, iudicat. DE ERATH. l. alleg. cap. II. §. 161. p. 230.

z) cf. IDEM l.c. §. 159. p. 227.

E

34 DISS. II. DE LITTERIS REQUISITORIALIBVS

aut testem remittere recusat? tunc quidem, vt supra monui, iudex superior adeundus. Eo autem auxilium renuente, nihil remedii supereft, quam vt seposito isto testium examine secundum acta & probata ius dicatur. a) Ediſtalis enim citatio tanto magis hic exſulat, quanto minora remedia iudici citanti ad coercendam non venientis contumaciam competent. b)

§. XV.

b) DE PRODUCTIONE INSTRUMENTORVM.

Interdum etiam litterae requisitoriales in instrumentorum productione adhibentur. Namque si vel singulare quoddam priuilegium, vel nimis difficultis transportatio, aut alia grauis ratio, transmissionem documentorum ad iudicem, vbi lis mota est, impedit, necesse est ea coram iudice loci, vbi seruantur, producantur. Quare & i litteris requisitorialibus adeundus est, atque rogandus, vt vocatis ad suum forum partibus, instrumenta ibi recognosci aut iurata diffectione eierari curet. Quod si iudex requisitus

Ie-

a) PETR. MULLER cit. differt. teris mutui compassus propter testes Cap. III. §. 21. pag. 52. exhiberi solitis. Lipsiae 1684. NIC.

b) cf. adhuc KRANTZIVS de litteris mutui compassus. PHILIPPI de lit- THEOPHILVS de testibus foren- fibus. Hafniae 1603.

EX PRINCIPIIS IVRISPR. GERMANICAE RECENT. CAP. II. 35

legitimo modo ad requirentis preces partes citauerit, productus producentis sumtibus vel ipse iter suscipit, vel procuratori vices suas desert, atque tunc omnia ea in iudicio iudicis requisiti peraguntur, quae alias intuitu productionis instrumentorum in requirentis foro peragenda fuissent.

c) Ceterum absolute negotio iudex requisitus de eo explicato ad requirentem refert, & protocollum super ea re confectum ad eum mittit.

§. XVI.

III) DE SENTENTIARVM EXECUTIONE.

Probatione peracta sententia fertur, atque si ei condemnatus intra tempus a lege aut iudice definitum morem non gerat, proceditur ad eius executionem, d) ne sententiarum auctoritas elusoria reddatur. Sententiarum autem

c) DE ERATH loco alleg. §. 157.  
pag. 225.

d) Quam in causa appellatio-  
nis ex iudiciorum, obseruantia si  
sententia inferioris reformata  
est, superior suscipit, sin con-  
firmata, inferior, cui hoc per  
remissoriales iniungitur, peragit.  
SCHILTER exercit. ad ff. ex.

46. §. 18. sqq. IVST. HENNING.  
BOEHMER comp. ff. Lib. XLII.  
Tit. I. §. 31. pag. 391. id quod con-  
tra ius ciuale ex iuri Canonicj prin-  
cipiis introductum est. IO. WILH.  
REYMANN de execut. sub fid. cap.  
2. §. 7. pag. 24. In camera tamen  
imperiali adhuc ius ciuale viget.  
ORD. CAM. de anno 1555. P. III.  
Tit.

36 DISS. II. DE LITTERIS REQUVISITORIALIBVS

tem executio diuerso expeditur modo. Namque re, in quam illa facienda est, sub eodem iudice, qui sententiam tulit, sita, is rite a viatore imploratus, e) si ei immediate fuerit subiecta, vel per ministros suos eam executioni dare, f) vel executionem alteri delegare, g) sin autem immediate sub eius imperio fuerit, mandata executorialia ad inferiorem dare poterit de executione ex sententiae formula peragenda. h) Alia vero est ratio, si res, de qua agitur, per regnum

Tit. 48. §. die weil ein jede Urteil  
I. CON. ORD. CAM. P. III. Tit. 57.  
§. eod. cf. IO. STEPH. FÜTTER in  
noua epitome processus imperii Lib.  
IV. §. 429. p. 254.

e) MATTH. BERLICHIVS P. I.  
concl. 81. num. 2. REYMANN. l.c.  
§. 2. p. 15.

f) ULR. THOMAS LAVTER-  
BACH Coll. T. P. Lib. XLII. Tit.  
I. §. 32. p. m. 308.

g) DAV. MEVIVS P. VI. dec.  
75. num. 4. IO. WILH. REYMANN  
l.c. § 3. p. 16. u. T. LAVTERB.  
loco alleg.

h) Ita e. g. anno 1324. Bertholdus

comes de Grayspach junior index  
curiae imperialis ab imperatore Lu-  
douico constitutus Georgio Lands-  
crono immisionem Arnoldi de  
Britschy in bona Tylinanni de Ku-  
len sententia judicij curiae proscri-  
pti demandauit chartam vide apud  
VALENT. FERD. S. R. I. L. B. de GV-  
DENVS in Cod. Diplom. Tom. II.  
pag. 1026. eodemque modo Ludov.  
dux TECK. index curiae imperialis a  
Ludovico creatus anno 1339. Io.  
Burgr. de Hammerstein immis-  
sionem Gerardi de Landscron in bona  
Conradi Meckenger commisit.  
Chartam, quae relationem factae

exe-

EX PRINCIPIIS IVRISPR. GERMANICAE RECENT. CAP. II. 37

regrini iudicis subiecta sit potestati. Hic enim neque ut immediate a pronunciantे fiat executio, licentiam dabit, neque etiam per mandata a iudice pronunciantе data, ut eam faciat, adigi poterit, quum pronunciantи subiectus non sit, atque par in parem imperium non habeat. Precibus igitur opus est, quae quidem tum ab eo, qui sententiam tulit, tum ab eo, qui in illa victor exstitit, ad eum possunt deferri. Videlicet ei, secundum quem lis data est, integrum est, vtrum statim iudicem, cuius potestati obiectum executionis obnoxium est, velit implorare, ut sententiam, quae in iudicatae rei vires transiit, exequatur, an vero iudicem, qui eam tulit, rogare, ut is eamdem executioni dare curet. Et priori quidem casu si sententia liquida est, poterit in factum coram magistratu territorii alieni agere, i) fin autem nondum extra omnem dubitationis aleam posita, actione rei iudicatae experiri. k) Quae tamen quum nouam plenumque caussae cognitionem supponat, merito dissuadenda.

executionis continet, vide' apud UMMIVS disp. ad process. iudiciorum 23. §. 1. num. 6. p. 922. & §.

DE GVDENVS l. alleg. p. 1078. 3. n. 10. p. 934.

i) IO. GE. ESTOR. cit. diff. de iure mag. non rog. a iudic. exseq. sent. Cap. VII. §. 50. pag. 36. Ilico

k) IO. BRVNNEMANN. in processu civili cap. 28, num. 22. pag.

E 3

322.

38 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

da l). Posteriori vero casu iudex pronuncians a viatore imploratus m) sententiam ad magistratum eius loci, vbi bona sita sunt, iunctis requisitorialibus mittit, & ab eo petit, ut rem a se iudicatam ad effectum perducat. n) Verum hic quaestio, de qua iam supra disputauimus, o) oriatur, utrum iudex requisitus adhuc condemnatum audire & de eius exceptionibus iudicare possit. In qua decidenda quum iuris Romani principia sequamur, tunc ea adfirmando videtur, si exceptiones vel ipsam executionem ut v. c. solutionis & compensationis, vel ordinem eius, respiciant, non autem si contra ipsam sententiam sint directae p). Cuius rationem in eo ponit DE ERATH, q)  
quod

322. DAV. MEVIVS P. VI. dec. I.

n) IOACHIM MYNSINGER  
num. IO. IOACHIM CHRIST. COCH A FRVNDECK Cent. III. Obs. 68.  
in praxi fori Germanici P. II. pag.  
114. IO. GEORG. ESTOR loco alleg.  
vid. etiam RESPONSVM illuſtris Ju-  
reconſultorum Marpurgensium or-  
dinis de anno 1756. ap. ESTOR  
cit. diſſertat. p. 48.

l) IO. WILH. REYMANN. cit.  
loco §. IV. pag. 18.

m) IDEM loco alleg. §. 3. p. 16.

ULR. THOMAS LAVTERBACH.  
C. T. P. l.c. §. 33. p. 309.  
o) Diff. I. cap. II. §. 29. p. 43.  
p) BOEHMER de execuzione  
pendente adpellatione valide facien-  
da cap. I. §. 5. num. 2. REYMANN.  
cit. diff. cap. I. §. VII. pag. 9. nisi  
sententia aperte nulla sit ob defe-  
ctum insanabilem. Ita in cauſa

fīca-

quod pars contra parem nulla sit cognitio. Caeterum executio quod ad formam eius adtinet, sit secundum Leges vel mores fori iudicis illius, qui requisitus est. r)

### §. XVII.

#### B) DE VSV LITTERARVM REQVISITORIALIVM IN CAVSSIS FEVDALIBVS.

Quando inter personas, qualitate feudali praeditas, de re vel facto feudali disceptatur, causa feudalis dicitur. s)  
Iurisdictio in his causis FRANCORVM temporibus, t) vi-

fiscalis contra Quod Mandati Cassat.  
ret. immisso in bona imperio subiecta  
per sententiam Romae decretam, in  
camera imperiali d. 12. Maii 1665.  
fuit cassata U. T. LAVTERE. l.c.  
p. 310. & Lib. XLII. Tit. IV. §. 8.  
p. 342.  
q) cit. tractatu Cap. II. §. 171.  
pag. 250.

r) IC. CASP. HEIMBURG. de  
potestate executorum alienae sen-  
tentiae in processu civili pronuncia-  
tiae §. 61. sq. DE BRATH. l.c. §.  
172. p. 251.

s) Ita eas definivit HYLDERICVS  
AB EYBEN in Select. Feud. cap.  
VII. eamdemque definitionem re-  
tinuit IO. GEORG. ESTOR de iu-  
risdictione curiarum clientelarum  
& causis feudalibus cap. VI. & IO.  
IAC. MASCOV. de Iure Feudorum  
cap. XV. §. 3. p. 264. Catalogum  
earum exhibent II. Feud. 55. STRV-  
VII SYNTAGMA Iuris feudalis  
cap. vlt. §. 4. & LVDOVICI Le-  
bens-Proces cap. I. §. 4. & IO.

t) Vestigia curiae feudalis apud  
Francos vide apud STEPHANVM

BALV-

40 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

summi imperii exercebatur, u) scilicet quod omnes subditi essent, qui vasallis adnumerabantur. x) Quum autem apud FRANCOS idem ius dicerent, qui & beneficia indulgebant, atque LONGOBARDI in eo FRANCORVM mores sequerentur, factum est, ut iurisdictio feudalis nexui beneficiario adscripta videretur, atque sic in separata speciem abiens soli domino directo vindicaretur. y) Retinuerunt z) istam potestatem, a) sequenti aevo b) domini

BALVZIVM in capit. RR. Francorum Tom. I. p. 505. cf. etiam IO. TAC. MASCOV. Geschichte der Teutschchen. T. II. Lib. XVI. §. 39. pag. 334.

u) GEO. LVDOV. BOEHMER in exercitatione de iudice feudorum extra curtem §. VII. p. 9.

x) IO. SCHILTER in Comm. ad Ius feud. Allemann. Cap. IV. §. 9. p. 67. BVRC. GOTTH. STRVII Schediarma de dominio directo in alieno territorio cap. I. §. VII. p. II.

y) Ita origines iurisdictionis feudalis tradit GE. LVDOV. BOEHMER loco cit. p. 10.

z) II. Feud. 55. §. 2. & 3. IUS FEUD.

ALLEMANN. cap. XVIII. (pag. 392. edit. Berger.) CODEX LL. NOR- MANN. P. II. cap. 3. AVCTOR VETVS de beneficiis princ. §. 133. id que tum vi constitutionum genera-

liuin, vt RVDOLPHI HABSPVRGICI de anno 1290. ALBERTI II. de anno 1437. & CONSTITUTVIONIS IMPERII

de anno 1498. quas exhibet saepius laudatus G. LVDOV. BOEHMER. l.c. §. VIII. p. 12-14. tum vi constitutio- nium specialium: eiusmodi chartam OTTONIS I. de anno 940. exhibet IO. FRID. SCHANNAT in Clientela Fuldeni beneficiaria nobili P. II. cap. III. §. 3. pag. 45.

a)

EX PRINCIPIIS IURISPR. GERMANICAE RECENT. CAP. II. 41

mini feudales, eaque adhuc hodie, non modo in feudis  
in suo, sed & in alieno territorio c) sitis, vtuntur. d) Ne-  
que

a) in iis caussis, quae feudi concer-  
nunt substantiam, non quae perso-  
nam vasalli respiciunt, & fructus  
feudi. vid. MANDATVM IMPERIALE  
de anno 1717. de non recurrendo  
in caussis mere cimilibus ad cutias  
feudales, de quo conf. REICHS-FA-  
MA. P. III. cap. 33. STRAVCH  
spec. Iuris publici Lib. I. Tit. 29. §. 8.  
10. NIC. HERTIVS de subiectione  
territoriali §. 3. in opusc. Vol. I. T.  
II. p. 370. de iis enim index ordi-  
narius cognoscit. HARTMANN PI-  
STORIVS P. I. qu. 24. num. 73.  
COPPEN. dec. 30. num. 43. 10.  
WILH. REYMANN. de execut. subse-  
daria cap. IV. §. 3. pag. 41. HOR-  
NII Iurispr. feud. cap. 25. §. 1.  
conf. etiam CAPITVLATIO CAROLI  
VII. art. 15. §. 1. & FRANCISCI I.  
eodem loco, videatur tamen 10. IO-  
ACHIM MÜLLER Reichs - Tags  
Theatrum unter Kayser Frid. dem  
V. I. Vorstell. cap. 24. §. 50. p. 333.

b) illamque saepe maioris secu-  
ritatis gratia in ipsis litteris inuesti-  
teturum sibi referuarunt. 10. FRID.  
SCHANNAT. loco alleg. p. 45. do-  
cet hoc charta de anno 1507. apud  
EVNDEM in Cod. Probat. num. 392.  
p. 318. cuius verba haec sunt: *Wir  
Iohann von Gots Gnaden Apt des  
Stifts zu Fulde bekennen -- das  
sie gegen solichen Leken, wés sie  
Recht dazu vermeinen zu haben  
nicht, auch nirgen anders, dan mit  
Recht, und für unser StiftsLeben-  
man Gericht suchen sollen -- Dat.  
zum Neuhof us Montag nach dem  
Sontag Trinitatis Anno MD septimo.*

c) vocantur haec feuda extra cur-  
tem. AVG. CHRIST. REHFELDT  
in diff. de feudis in curte & extra  
curtem. cap. I. §. 2. seqq. GEORG.  
LVDOV. BOEHMER loco alleg. §. 2.  
pag. 4. Germanice: *außwärtige Le-  
hen*. vid. 10. IOACHIMI MÜLLERI  
REICHSTAGS THEATRUM UNTER

F

FRID.

42 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

que etiam hoc ius domini directi superioritati alterius territoriali praeiudicium infert, quam iurisdictio feudalis ad feudalem dominum *vi dominii directi* pertineat, dominium autem directum ei non iure superioritatis e) competit. Verum

FRID. V. loco cit. p. 333. item butten Leben, vti ex tabulis conuentionis sereniss. ducum Brunsuicensium de anno 1442. appareat. Exhibit eas ANTON. UDALR. DE ERATH *inden den Historischen Nachrichten von Braunschweig-Lunenburg* p. 71. vid. GEORG IVD. BOEHMER loco alleg. pag. 5.

d) CAPITVL. CAROLI VII. artic. 21. §. I. IO. IAC. MOSER *in notis ad cit. Capit. Tom. III.* pag. 275. & seqq. CAPITVL. FRANCISCI I. Art. XXI. §. I. TOB. IACOB. REINHART. RVMELINVS *ad dur. Bull. P. II. diff. I. th. IO. seqq. PHIL. REINHART. VITRIARIUS in Institut. Iuris Publ. Tom. III. Tit. XVII. §. 28. num. 4. pag. 1175. IO. SCHILTER in exercit. ad ff. exerc. 46. §. 16.*

BENED. CARPOVIVS *in Proc. Tit. 21. artic. III. §. 8. num. 61. exceptio est in prouinciis Austriacis, vbi caussae feudales, si dominus directus peregrinus est, non in curia eius feudali, sed in iudicio Marefchallatus prouincialis, pertractandae sunt, vi Constitut. Ferd. I. de anno 1540. apud GVARIENT. in Cod. Austr. Parte I. p. 776. seqq. IO. STEPH. PVTTERI *Special Historie von Teutschland* p. 201. §. 95. vide tamen CHRIST. AVGUSTVM BECK in Spec. I. *Iuris publ. Austr. cap. VI. §. 8. pag. 126. & §§. seqq.**

e) hinc nec subiectionem territorialem ratione vasalli inducit, nisi vbi id speciali quadam consuetudine introductum, vt in terris Luneburgicis. HENR. CHRIST. L. B. de SENCKENBERG *de feudis Brunsuicensibus & Luneburgicis cap. IV.*

§. 42.

EX PRINCIPIIS IVRIISPR. GERMANICAE RECENT. CAP. II. 43

rum haec de *iure*, ius in caussis feudalibus dicendi, sufficiant. Venio nunc ad exercitium huius iuris, & an hoc, si actum intra limites iurisdictionis alienae peragendum supponat, praeuiis litteris requisitorialibus expediri debeat, dispicam. De qua contiouersia dum constituere aggredior, duae potissimum quaestiones considerandae veniunt, de quibus, ut ne discordantia inter se iuris membra miscantur, sequentibus duobus §§. separatim agendum erit.

§. XVIII.

I) LOCVM NON HABENT, QVANDO IVDEX PENVNALIS CVM IVDICE  
EIVSDEM TERRITORII CONCVRRIT.

Prima quidem, quae occurrit quaestio, est, an iudex feudal is, quum actum quemdam iurisdictionis in distri-  
ctu iudicis eiusdem territorii suscipere velit, eundem litte-  
ris requisitorialibus adire obligatus sit. Atque hic ego  
negan-

§. 42. p. 44. & in provinciis Hassia-  
cis FRID. ESAIAS PVFFENDORF  
in tract. de Iurisdictione Germ.  
P. III. Sect. III. cap. I. §. 10. p. 731.  
IO. MELCHIOR de LVDOLF in  
Symphor. T. II. P. II. num. 2. nec  
non in Austria CHRIST. AVG. BECK  
l.c. cap. VI. §. 6. pag. 124. IO. STEPH.

PVTTER l.c. p. 198. §. 94. atque  
Saxonie 10. IOACHIM MULLER  
l.c. limites tamen eius vide apud  
EVNDEM l.c. An olim subiectio ne-  
xui vasallitico adhaeserit, de eo vid.  
IO. STEPH. PVTTER in dem Grund-  
ris der Staats- Veraenderungen im  
teutschen Reich V, Zeit, p. 213.

F 2

44 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

negantem sententiam sequendam esse putauerim. f) Namque I. quod ad iudicia prouincialia, ab eodem domino directo tamquam domino territoriali dependentia, adtinet, hi semper limites inter iudicem feudalem & prouincialem fuere, ut illi de *allodiis sub eius districtu sitis huic de feudis ab eodem recognitis, nulla prouersus situs feudorum ratione habita, cognitio tributa sit.* f) Quod autem II. ad iudicia illa pertinet, quae a nobilibus iure proprio ex principum concessione in territoriis exercentur, iam supra docui, g) cauſtas feudales intuitu eorum esse reſeruatas, atque ſic etiam actus iurisdictionis in his cauſis sine vlla requisitione in districtu jurisdictioni nobilium subiecto poſſe expediri. b)

§. XIX.

2) SECUS VERO SI ACTVS IN TERRITORIO ALIENO SVSCIPIENDVS EST.

Progedior ad alteram quaestionem, quae in eo versatur, an iudex feudalis actum iurisdictionis in feudum, in districtu iudicis alieni territorii situm, fulcipient, hoc mendianti-

f) verba ſunt 'GEORGII LVDOV.  
BOEHMERI cit. diff. §. 7. p. 10.  
IO. NIC. HERTIVS de consultat.  
LL. Et iudicis in ſpec. R. Germ.  
imp. rebus publ. §. 26. in Opusc. Vol.

I. Tom. II. Disp. VII. p. 457.

g) Cap. II. Sect. II. §. 6. nota h. n.  
z. p. 22.

h) DE ERATH loco alleg. Cap.  
I. §. 34. p. 48.

diantibus litteris requisitorialibus facere teneatur. In qua decidenda ego quidem affirmatiuam tueor sententiam. Iurisdictio enim feudal is quum partem superioritatis territorialis non constituat, sed a solo dominio directo dependeat, i) ea etiam domino dirigenti tribuere nequit iuria, quae superioritatis in alieno territorio competentis, speciem prae se ferunt. k) Ex quibus prono sequitur alueo, actus eiusmodi iurisdictionis immediatos a domino feudi explicari in alieno territorio non posse, nisi aut obseruantia, l) aut pactum, aut territoriale in eiusmodi feuda ei competens imperium m), ab eodem possit probari.

§. XX.

a) DE CITATIONE VASALLI IN ALIENO TERRITORIO CONSTITVTI.

Citatio Vasallorum duplex est. Alia enim est vniuersalis, qua omnes vocantur, v. c. ad renouandam inuestitu-

ram,

i) per ea, quae deducta sunt Cap. II. Sc. II. §. 17. p. 42. FRID. ESAIAS PVEFENDORF. *de Iurisd.* Germ. P. III. Sect. III. cap. I. §. 2. p. 728.

k) FRID. CAROL. BVRI *Erlute-*  
*rung des Leben Rechts* T. I. p. 633.

l) REINHART. *differt. de eo*  
*quod iustum est circa executionem*  
*in bona feudal ia*, §. 19. 10. WILH.  
REYMANN. *cit. diff.* Cap. IV. §. 2.

p. 40.

m) ita v. c. Episcopo Bambergensi & Abbatiae Kitzingenfi, priuilegiis caesareis superioritas territorialis in feuda extra curtem sita, concessa est. Chartas vide apud IO. GVIL. de GOEBEL *in differt.*  
*de feudis extra curtem* §. 12. & LV-  
NIG. spicileg. eccles. Tom. II. pag.  
25. & 119. F. C. BVRI. *L alleg.*

F 3

46 DISS: II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

ram n), vel ad seruitia domino praestanda, o) alia particu-  
laris, qua vnum alterue citatur. Illa plerumque fit per edi-  
ctum, sive de ea omnia ista valent, quae de citatione edi-  
ctali

n) eiusmodi citationis tabulas  
vide apud BVRC. GOTTH. STRVV.  
l. alleg. in Adpend. lit. d. Von Gots  
Gnaden wir Iohannes und Albert  
marggrl. zu Brandburg und Burg-  
grl. zu Nurnberg entbieten allen und  
ittlichen Herrn edlen Rittern und  
Knechten in dem Lande zu Oster-  
reich unter und ob der ense gesessn,  
die dann von dem Burgrl. zu Nurnl.  
leben haben Unsern gunstlichen Grus  
und alles gut zuvoran. Edeln ge-  
strenge Erbern und Vesten besunder-  
lichen und getrewen - setzen wir  
euch - einen emhaftigen tag, die ob-  
gemelten Leben, was Ir bishere nicht  
von uns empfaben sein furbaſi zu  
empfaben, den nechſten Sonntag laeta-  
re - Geben zu Wyen am Samstag  
vor Reminiscere In der Vafen,  
Anno Domini xxIij. (1336.)

o) eiusmodi Chartam de a. 1242.  
exhibit IO. FRID. SCHANNAT l. alleg.

in Cod. Probat. num. 560. p. 355.  
Curradus Dei Gratia Fuldenſis Ab-  
bas universis militibus Feodalibus,  
aliisque ſingulis ad quos praefentes  
peruenient ſalutem & gratiam - -  
Vos omnes - - invitamus, nobis in  
auxilium ad ſevitiam inimicorum  
noſtrorum proſternendam evocantes,  
ut inſra ſpacium unius mensis ad  
nos ſtudeatis audaciter proficiſci:  
haec citatio tamen etiam particu-  
laris eſſe potest: ita v. c. d. XVI. Iunii  
anno 1258. Gerhardus II. de Lands-  
cron a Rege Richardo vocatus eſt  
ut cum ipſo caſtra mouente ad-  
uersus Wormatiensē procedat.  
Chartam vide apud DE GVDENVS  
l. alleg. p. 952. Eodeinque modo  
Wilhelmus Comes Iuliacensis  
Landscronium Saec. XIII. anno 127 -  
vocauit, quam Chartam exhibet  
GVDENVS l. e. p. 982.

Etali disputauimus. p) Haec autem vasallo ad domum insinuanda est. q) Quae quidem insinuatio si absque litteris

p) confer. ERID. CAR. BVRI I.  
alleg. p. 634. vide etiam quae supra  
dicta sunt C. II. Sect. II. §. 13. p. 30.

q) testatur hoc charta de anno  
1459. apud IO. FRID. SCHANNAT  
in cod. probat. num. 477. p. 335.  
sic concepta Wir<sup>1</sup> Iorg Grave<sup>1</sup> und  
Herre zu Henneberg bekennen mit  
diesem Brise: von solicher Zwittracht,  
Irrung, Spene und Vehde, wegen  
so dann ufferstanden und gewesen  
sein zwischen dem hochwirdigen  
Fürsten unserm Gnedigen Herren  
Hern Reinharten Abte des Stifts  
zu Fulde eins, und den Ganerben  
zu Boppenhusen nemlich Hern Iaco-  
ben Ritter und Hansen von Steinau  
Gebrudern, auch Cuntzen, Otten,  
Heintzen, und Hilprannen Stein-  
brucken Gebrudern andern Teils,  
als zu des genannten Sloss Boppen-  
hausen, das dan der genant unsrer  
Herr von Fulde zu seinen Handen  
bracht hat, und was sie von beiden

Teilen Ir Helffer und die Iren in  
den sachen in und uff dem genanten  
Sloss einander genomen und verlorn  
haben, als sie daz uff uns obgenan-  
ten Grave Iorgen gestalt haben --  
also scheiden und sprechen wir zwi-  
schen In uss, das die Vehde und  
aller Unville uf bede Parthien zwi-  
schen In Iren Helffern, und den  
Iren gantz absein, -- solln, -- und  
-- soll unsrer Gnediger Herre von  
fulde, den obgenannten Ganerben das  
Sloss Boppenhausen wider gehen --  
und so er in zu recht beschei-  
den will, das soll er in mit  
seinem offenn versiegelten Briefen  
zu HAUS UND ZU HOPE virtzeben  
Tag vor dem Recht Tag VERKVN-  
DEN und zu wissen tun, -- Uff Sant  
Gallen tag, nach Criß Geburt, vier-  
zehenhundert, und in dem neun und  
funzigsten. idem confirmat charta  
de anno 1454. quam exhibet IDEM.  
loco allegato num. 622. p. 372.

48 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

ris requisitorialibus suscipiatur, sine dubio nulla erit, r) si vero iudex cui vasallus subiectus de ea vel facienda vel permittenda legitime requiratur, illo gaudet effectu, ut neque iudex requisitus imploratum ipsius auxilium, neque vasallus comparitionem in foro citantis detrectare possit.

§. XXI.

b) DE TESTIVM EXAMINE.

Examen testium in alieno territorio degentium eodem in feudalibus caussis, suscipitur modo, quo & in ciuilibus iudi-

r) DE ERATH l.c. cap. I. §. Frid. V. I. Vorstell. cap. 24. §. 50.  
26. p. 33. FR. CAROL. BVRI l. alleg. P. 333. Dissentient ANDR. GAIL.  
p. 633. & ab eo alleg. IO. PAVLVS Lib. I. Obs. 56. num. 3. & 8. DAV.  
KRESS. in praef. ad Thummermuth MEVIVS P. VII. dec. 390. n. 2.  
§. 82. IO. LAVR. FLEISCHER in G. H. MYLIVS in diff. de citatione  
instit. iur. Feud. cap. IV. §. 72. p. Vasalli & simultanei inuestiti Sa-  
135. IO. PHIL. SLEVOGT de ex-  
traord. cit. p. 24. IO. IAC. MASCOV. xonici eiusque insinuacione Lipsiae  
de iure Feudorum cap. XV. §. 16. 1736. habita. IO. GEORG. ESTOR  
nota 2. p. 272. MICH. HENR. GRIE-  
BNERVS Diff. de dominio directo l. alleg. & plures ab ESTORE lau-  
in territorio alieno §. 9. p. 30. vid. dati. In Saxonia hoc casu lit-  
IO. GEORG. ESTOR kleine Schrif- teras requisitoriales in eiusmodi  
ten Tom. III. Parte XII. num. II. p. citatione adhiberi tam si vasallus  
737. IOH. IOACHIMI MULLERI quam si simultanei inuestitus vo-  
Reichstags-Theatrum unter Kays. candus sit docet IO. IOACHIM MUL-  
LER l. alleg. p. 334.

EX PRINCIPIIS IVRISPR. GERMANICAE RECENT. CAP. II. 49

iudicis peragitur. Evidem nonnulli Iureconsulti romanizantes in causa feudalii testimoniū examen peregrino iudici committi posse negant, acriter contendentes ad curiam feudalem remittendum esse, a iudice requisito, testimoniū s) quum causae feudales arduis adnumerandae t) atque sic criminalibus aequiparandae sint, u) in quibus testes (uti putant) apud eundem iudicem testimonium praestare tenentur, qui & de ipsa causa cognoscit. x) Verum ut taceam, causas feudales non sua natura esse arduas, sed neque ac allodiales minoris ponderis esse posse, y) easque

tunc

s) ita sentiunt SCHRADERVS (ad Lib. V. Tit. i.) pag. 700.  
de feudiis P. II. part. 9. princ. Sect. 13. n. 173. & ii, quos allegat IDEM P. X. Sect. 16. num. 66. seq., vt & ii, quos nominat ROSENTHALIVS de Feud. cap. 12. concl. 9. lit. n. & o.

t) in hac haeresi versantur IO. BERLICH. P. I. concl. 54. n. 30., SCHRADER L. cit. P. II. part. 9. princ. Sect. 13. n. 173., & ROSENTHAL. L. cit. SIGMARIVS ad L. 3. C. de reb. cred. n. 10. & plures citati a IVST.

HENNING BOEHMERO in Exerc. citat, ad π. Exerc. 36. cap. I. §. XX. y) IVST. HENNING. BOEHMER l. cit. cap. IV. §. I. p. 759.

G

50 DISS. II. DE LITTERIS REQUISITORIALIBVS

tunc tantum arduorum numero adscribendas, sive de feudo quodam maiori, z) vel de feudi priuatione a) agatur; vnicum hocce monebo, etiam in criminalibus cauiss posse iudici peregrino testium examen committi, b) atque sic multo magis in feudalibus, c) quum haec *qua feudales* tale praeiudicium vti criminales non inuoluant. d)

§. XXII.

c) DE SENTENTIARVM EXECUTIONE.

Quum executio a superioritate territoriali dependat, e) atque ita quidem, vt & in sententiis a supremis imperii tribunalibus latis, si executio contra mediatum facienda,

z) I. H. BOEHMER. *loco allegato* §. 1. p. 759.

§. XI. pag. 770.

a) SCHRADER *loco alleg. P. II.*  
P. 9. princ. Sect. 13. num. 16. BENCKENDORF *ad SERAPHIN.* de priuil. iuram. priuil. 35. num. 133.  
I. H. BOEHMER *l. cit.* §. X. pag. 767.

b) de quo infra agendum erit.

c) ROSENTHAL. *l. cit.* n. 2. § 13.

d) I. H. BOEHMER *l. cit. cap. IV.*

e) IO. WILH. REYMAN de  
execut. *subsidiaria cap. IV.* §. 4.  
pag. 43. ORD. CAM. de anno 1521.  
Tit. 31. ORD. CAM. de anno 1555.  
P. III. Tit. 48. R. I. NOVISS. §. 160.  
IACOBVS BLVM *ad Conc. Ord.*  
*Cam. Tit. LVII.* §. *Die weil ein jede*  
*Urtheil nota b. OPTIMVS PA-*  
*RENS in notis ad cit. locum Conc.*  
*O. C. nota a. pag. 372. (edit. nouiss.)*

EX PRINCIPIIS IVRISPR. GERMANICAE RECENT. CAP. II. 51

facienda, illa non circulorum directoribus, sed domino, cui mediatus, vel eius bona, subiectus est, territoriali, demandanda sit: extra omnem dubitationis aleam positum est, dominum directum, sub praetextu dominii feudalis, ius illud, e manibus domini territorialis extorquere, atque propria auctoritate executionem in alieno territorio suscipere non posse, f) verum illum eadem ratione, ut iudex domicilii, obligatum esse, ut iudicem rei sitae litteris requisitorialibus audeat, eumdemque roget, ut ipse executionem, sententiae a se latae, suscipere velit. g)

§. XXIII.

C) DE VSV LITTERARVM REQVISITORIALIVMIN  
IVDICIIS ECCLESIASTICIS.

Postquam ecclesia mutata priori forma, in separatam reipublicae speciem abire, & suscepto regio diademeate, statum in statu condere coepit, duplex quoque forum oratum est, alterum ecclesiasticum, alterum seculare, atque duplex iurisdictio, alia secularis, alia ecclesiastica. b) Et ita quidem,

f) vid. supra §. 19.

Lipsiensium adducit, & REYMANN  
loco alleg.

g) cf. SCHILTER. exerc. 46. b) Cap. 16. X. de foro competente.  
§. 16. vbi praeiudicium Scabinorum IVSTI HENN. BOEHMERI Ius  
G 2 Ecclesiast

52 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

quidem, ut haec, Clericis maioribus ecclesiae vicem gerentibus, propria, praeeminentiam sibi vindicaret, illa autem imperio ciuili adscripta, subordinata quasi ecclesiasticae videretur. *i)* Quamuis autem Protestantes, duplum illam in statu rempublicam non agnoscant, *k)* sed ei potius summam in ecclesiam tribuant potestatem, qui & imperio ciuili gaudet, *l)* retinuerunt tamen plerasque

con-

*Ecclesiast. Protestantum Tom. I. Lib. II. Tit. II. §. 1.* (pag. 978. edit. de a. 1714.) quam doctrinam mysticis rationibus illustrantes, duplum iurisdictionem, duplum gladium vorarunt. *IDEM loco alleg. Lib. I. Tit. XXXIII. §. 5.* pag. 847. *conf. C. X. D. 96. C. 6. D. 96. & Nou. VI. in praef.* Ita quoque *SPECVULATOR SAX. in Lib. I. Iur. Provinc. art. 1.* (pag. 17. edit. Gaertner.) Zwey Schwerdt ließ Gott auf Erden zu beskirmen die Christenheit, dem Pahst das Geistliche dem Kayser das Weltliche.

*i) IVST. HENNING. BOEHMER l. cit. Lib. II. Tit. II. §. 1.*

pag. 979. *IOAN. WILHELM. REYMANN l. alleg. Cap. III. §. 1.* pag. 24.

*k) BOEHMER loco alleg. §. 2.* pag. 979.

*l) ita nempe, vt ei iura maiestatica vi imperii, iura autem collegialia vi translationis, tum expresse, (conf. COCCEIT in Iuris publici prudentia cap. XVIII. Sect. I. DE SECKENDORF in Historia Lutheranismi Lib. I. Sect. LVII. §. 153. addit. 2. pag. 276.) tum tacite ab ecclesia factae, competant. vid. IVSTI CAROLI WIESENHAVERN Grundsätzen des Kirchenstaats-Rechts der Protestirenden cap. III. pag. 18.*

*IDEM*

conclusiones, ex duplice illo statu oriundas. *m)* Quo factum est, ut adhuc hodie inter Protestantes, fere eadem caussae sint ecclesiasticae, quae & ex Catholicorum doctrina iis adscribuntur, *n)* atque apud Protestantes etiam, si paucas tantummodo exceperis prouincias, caussae ecclesiasticae in iudiciis, a ciuilibus plane separatis, pertractentur. *o)*

### §. XXIV.

#### DE CITATIONE REORVM.

Iam quum iudicia, iurisdictionem in personas atque caussas ecclesiasticas exercentia, principis apud Protestantes sustineant personam, illa quoque, tam clericos, *p)* quam

IDE<sup>M</sup> Cap. V. pag. 36. & IO. STEPHANI PÜTTERI *Nova epitome iuris Publici Germanici L. V. Cap. VII. §. 571.* pag. 276.

*m)* IO ANN. WILH. REYMANN *L. alleg. pag. 25.*

*n)* conf. IO. STEPH. PÜTTER *loc. cit. §. 579.* pag. 280. nempe mere ecclesiasticae, non autem mixtae aut per accidens tales. vid. IVSTI HENNINGI BOEHMERI *Institutiones iuris Canonici Lib. II. Tit. II. §. 3.* pag. 200.

*o)* conf. IOANNES W. REYMANN. *l.c. §. 2.* pag. 27, & IOANNES NICOL. HERTIVS *de consultat. legibus & iudiciis* §. 18. in *Opusc. Vol. I. T. II. Diff. VII.* p. 440. id quod tamen non est necessitatis. HENRICVS HENNIGES *ad Instrum. Pac. specim. IV.* p. 547. cf. AVGUSTINVS LEYSER *in medit. ad ff. spec. 76. coroll. III.* pag. 127.

*p)* In Saxonia tamen clerici a consistoriis per superintendentes ciantur.

54 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

quam laicos q) reos, in caussis ad cognitionem suam spe-  
ctantibus, immediate ad se vocant; r) ita tamen; ut eo-  
dem etiam modo, clerici quoque in iis caussis, in quibus  
foro seculari subiecti sunt, a iudice seculari, absque vlla  
requisitione consistorii, citentur. s) Verum haec a litte-  
ris requisitorialibus immunitas tunc cessaat, quando citan-  
dus extra territorium dedit. Hoc enim casu iudicis ecclesia-

stici

tantur. CARPZ. *Iurisprud. Confess.*  
*Lib. III. Def. 20. n. 2. 3. 4. AVG-  
STINVS LEYSER in Medit. ad ff.  
sp. 31. m. 2. T. I. pag. 316. BOEHMERI  
I. Eccles. Profeß. T. I. Lib. II. Tit.  
III. §. 16. p. 1046.*

q) AVGVSTINVS LEYSERVS  
in Medit. ad ff. Spec. 76. coroll. 1. Tom.  
I. pag. 127. In Saxonia vero iurisdictio-  
nioni patrimoniali subiecti a consi-  
storiis interueniente requisitione ci-  
tantur, *Ordin. Politica de a. 1612. Tit.  
von Consistorial-Sachen*, CARPZOV  
l. cit. Def. 19. §. 20. SCHILTER  
exerc. ad ff. VII, §. 10. BERGER  
Elec. Discept. Forens. Tit. IV. Obs.  
IV. nota 2. p. 79. BOEHMERI l. cit.  
p. 1046. IOANNIS BRUNNEMAN-

N: *Ius Ecclesiasticum Lib. III. cap. 2.  
§. 11. p. 8v. WILHELMVS LEY-  
SER de iuribus consistorii ecclesiastici  
cap. vlt. PETR. MULLER l. cit.  
Cap. II. §. 13. p. 21. id quod etiam in  
ducatu Magdeburgico obtinet. Re-  
non. Proceß. Ordin. cap. I. §. 30.  
BOEHMERI l. cit. in f.*

r) SCHILTERI Instit. Iur. Ca-  
nonici Tit. V. §. 16. inf. FRANZII  
Lib. I. resol. XVIII. num. 16. seqq.  
BOEHMERI l. cit. §. 14. pag. 1043.  
s) BOEHMERI instit. Iuris Ca-  
non. L. II. Tit. III. §. 3. pag. 206.  
IDEM in I. E. P. T. I. L. II. Tit.  
III. §. 15. pag. 1044. AVGVSTINVS  
LEYSER l. cit. medit. 3. T. I. pag.  
316.

stici imperium iisdem circumscripum est cancellis, quibus iudicis secularis potestatem inclusam esse vidimus, adeoque & consistorium litteras requisitoriales ad iudicem rei competentem mittere, eumque rogare tenetur, ut reum citandum, in ius vocet. t)

§. XXV.

2) DE CITATIONE TESTIVM.

Quamvis vero citatio reorum in eodem territorio degentium a consistoriis sine litteris requisitorialibus fieri possit, testimonii tamen denunciatio, non simili quodam priuilegio gaudet. Siue enim laicus ad testimonium in foro ecclesiastico dicendum vocetur, siue clerico a iudice seculari testimonium denuncietur, litterae requisitoriales necessariae sunt. n) In nonnullis tamen locis leges prouin-

t) BOEHMERI *Instit. Iuris Cap.* non. l. alleg.

u) IVST. H. BOEHMER *in I. E. Prot. T. I. Lib. II. Tit. III. §. 14. pag. 1043.* IDEM l. c. *Tit. XX. §. 32. pag. 1210.* quae tamen si magistratus secularis clericum vocat, non ad superintendantem, sed ad consistorium diri-

gendas sunt. AVG. LEYSERVUS med. ad π. *specim. XXXI. med. 2. T. I. pag. 315.* Citatio enim subfidalis a iudice insinuanda est. LEYSERVUS l. cit. Superintendentes autem, et si eis inspectio quaedam in ea, quae ad disciplinam & ordinem ecclesiasticum pertinet, data sit, iurisdicione

56 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

prouinciales ab hoc iuris Canonici rigore recesserunt, x)  
& oprandum certe esset, y) vt hae constitutiones ybique  
in obseruantiam deducerentur.

§. XXVI.

3) DE EXECVTIONE SENTENTIARVM.

Quum ecclesiae ea semper fuerit indoles, vt armis  
tantummodo spiritualibus, h. e. censura, vel excommunicatione  
contra contumaces vti potuerit, z) facile est ad  
animaduertendum, illam ab antiquis iam temporibus, vbi  
hisce mediis condemnatorum contumacia frangi non pote-  
rat, ad brachii secularis auxilium confugisse, vt ne sen-  
tentiae

ne tamen non gaudent. BENEDI-  
CTVS CARPOVIVS in Iuris-  
prud. Eccles. Lib. III. def. IV. num.  
12. seqq. & CASPARVS ZIEGLE-  
RVS in superintendente cap. XVI.  
num. 8. LEYSERVVS l. cit.

x) Ita v. c. in Declarat. Ser.  
Principis Guelphoritani de anno  
1685. quae renou. ordini. eccles. pag.  
124. inferta est, sanctum, daß gleich-  
wie Dero fürstl. Confessorium -- ohne  
-- subsidiales einen jeden in Dero

Fürstenthum und Landen, ad dicen-  
dum testimonium citiret, also auch  
ein gleiches Dero fürstl. Cantzley  
und Hofgerichte immediate -- zu  
ihm besugt. BOEHMER l. cit.  
Tit. III. §. 14. pag. 1044.

y) Ceterum de examine testis ex-  
tra territorium degentis eadem va-  
lent, quae supra tradidi.

z) IO. WILH. REYMANN l.  
cit. Cap. III. §. 3. pag. 29.

EX PRINCIPIIS IVRISPR. GERMANICAE RECENT. CAP. II. 57

tentiae suae omni effectu destituerentur. a) Idem adhuc hodie obtinet. Namque & nostris moribus consentaneum est, iudicia ecclesiastica, cum Catholicorum, b) tum Protestantium, c) brachium, ut dicunt, seculare, pro execu<sup>tione</sup> facienda implorare, d) id quod tamen secundum canonum praeepta non alia ratione licet, quam prius omnibus

a) I. H. BOEHMER *L. cit. Lib. II. Tit. XXVII. §. 54. pag. 1425. cap. II.*

X. de maledicē. cap. II. X. de clericis excommunicatis. de qua imploratione integrōs tractatus composuere MARTINVS DE FANO de brachio seu auxilio implorando per iudicem ecclesiasticum. FRANCISCVS MOLINA de brachio seculari ecclesiae praestando. MICHAEL DE AGIA de exhibendis auxiliis seu brachii virtusque invocatione.

b) cap. 10. X. de iudic. cap. 1. & 14. X. de offic. iud. ordin.

c) ANDREAS GAILIVS *Lib. I. Obs. 15. num. 3. IDEM de P. P. L. II. c. 17. num. 31. IOANNES WILH. REYMANN loco cit. pag. 29. V. T. LAVTERBACH in G.*

T. P. *Lib. XLII. Tit. I. §. 33. pag. 309.*

d) CARPZOVI Iurisprud. Eccles. L. II. D. 244. num. 15. IOANNES BRVNNEMANN in Iure eccles. Lib. III. cap. XI. §. 1. pag. 893. Vbi autem consistorium manu militari instructum, dubium non est, illud executionem immediate suscipere posse, nisi illa in bona, sub iudice seculari sita, fieri debeat.

BOEHMER *L. cit. §. 35. pag. 1427* sicuti hoc etiam in quibusdam iudiciis Catholicorum ecclesiasticis obtinet. VAN ESPEN in Iure ecclesiastico P. III. Tit. 9. cap. IV. num. 11. seqq.

H

58 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

bus iis remediis frustra adhibitis, quae iudiciis ecclesiasticis ad sententias suas executioni dandas iure legeque competunt. e) Singulare vero prorsus in ista requisitione est, quod ex iuris canonici doctrina, iudex secularis requiringens precibus non respondens, f) impii quasi machinator sceleris, excommunicationis fulmine feriatur. g) Quae

principia

e) cit. cap. 10. X. de iudic. & cap. 1. atque 14. X. de offic. iudic. ordin. ANDREAS GAILIVS de pace publica Lib. II. cap. 17. num. 34. 10 SEP-  
PHVS DE SESE in Tract. de inhibiti & execut. priuilegiat. cap. XXX. num. 82. cf. SAMVEL STRYCKI-  
VS in notis ad Brunnemann. Ius eccles. cap. vlt. §. IV. nota 2. pag. 896. IAC. MENOCHIUS Vol. XII.  
conf. 1094. n. 12. BOEHMER l. cit. §. 54 pag. 1426. In curiis tamen ec-  
clesiasticis protestantium, quum ex-  
communicationis poena grauissima  
tantum delicta punienda esse indi-  
cent, rarius ad illam deuenitur, &  
fimilatque contumacia condemnati-  
pat, statim ad implorationem  
brachii secularis proceditur. I. W.  
REYMANN l. cit. pag. 29.

f) nisi in continenti & palam de  
iustitia sententiae constet, quo casu  
ad iudicem ecclesiasticum rescribere,  
& ratione, cur requisitioni morem  
non gesserit, allegare, atque donec  
is responderit, executionem differre  
poterit. cap. 5. X. de rescript. AN-  
DREAS GAIL. Lib. I. Obj. 15.  
num. 5. IOANNES BRVNNE-  
MANN l. cit. Lib. III. cap. vlt. §.  
3. pag. 893. IDEM l. cit. §. 4. pag.  
894. IAC. MENOCH. Conf. 244.  
num. 44. seqq. 10. WILH. REY-  
MANN l. cit. §. 6. pag. 33. v. T.  
LAVTERBACH. in Coll. Theor.  
pract. Lib. XLII. Tit. I. §. 33. pag.  
309.

g) cap. IX. X. de hueret. AN-  
DREAS GAIL. Lib. I. Obj. 15. num.  
1. conf. INNOCENTII VIII. in  
bullar.

EX PRINCIPIIS IVRISPR. GERMANICAE RECENT. CAP. II. 59

principia tamen inter Protestantes exsulant. b) Quum enim hi subiectionem illam iudicis secularis, vi cuius iudex ecclesiasticus potestate excommunicandi eum, ob denegatam executionem, gaudet, plane ignorent, loco fulminis ecclesiastici, implorationem principis introduxerunt. i) Qui ad principis iustitiam recursus, eodem modo iudici ecclesiastico Catholico, k) contra iudicem secularrem A. C. addictum, atque consistoriis Protestantium patet, quum iudices seculares, vtroque casu, a se petitam executionem iure denegare nequeant. l)

§. XXVII.

bullar. Tom. I. pag. 453. BOEHMER  
l. cit. Tom. IV. Lib. V. Tit. I. §.  
LXVI. num. 22. pag. 588. iudex qui-  
dem ecclesiasticus seculari etiam ad-  
esse debet, vbi is eum pro facienda  
executione implorat, quae tamen  
obligatio ita comparata est, vt index  
ecclesiasticus ad auxilium, seculari  
ferendum, cogi non possit. BOEH-  
MER l. cit. Tom. I. Lib. II. Tit.  
XXVII. §. 55. pag. 1426.

b) REYMANN l. cit. §. 4. pag.  
30.  
i) IDEM l. citato. quo facto iu-

dex, si sine iusta causa recusauerit,  
poena arbitraria punitur. BENEDI-  
CTI CARPOVII Iurisprud. Ec-  
clesiastica Lib. III. def. XIII. in f.  
IOANNES BRUNNEMANN loco  
cit. Lib. III. cap. XI. §. 4. pag. 894.  
k) FAERICIVS in notis ad Gai-  
lium Lib. I. Obj. 15. sect. 1. BOEH-  
MER l. alleg. §. 56. p. 1427.

l) vide tamen, quae in nota a)  
dicta sunt. Ceterum exceptiones  
executioni oppositas quod adtinet,  
eadem de illa valent, quae supra  
docui. IOANNES BRUNNE-  
MANN

60 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

§. XXVII.

D) DE VSV LITTERARVM REQVISITORIALIVM  
IN CAVSSIS CRIMINALIBVS.

Forum, in Germania delinquentium ex nouioris iurisprudentiae doctrina duplex est, alterum priuilegium, alterum commune. Illo gaudent *m)* clerici, *n)* ministri principum,

MANN. loco cit. §. 3. pag. 893. IDEM in proc. Civili cap. XXIX. num. 12. MATTHIAS BERLICHIVS P.I. concl. 84. per tot. IO. WILH. REYMANN l. cit. §. IX. pag. 37.

*m)* interdum etiam caussae qualitas singulare forum tribuit. Ita enim criminis fractae pacis publicae rei, etiam mediati, iurisdictioni camerae imperialis subiecti sunt. FAX PVBL. art. VII. in 10. IAC. SCHMAVSSII Corp. Iuris publ. pag. 144. EADEM art. VIII. pag. cit. & art. X. pag. 145. ORD. CAM. de a. 1555. P. II. Tit. IX. §. 1. seqq. Tit. X. §. 1. CONC. O. C. P. II. Tit. X. §. 1. seqq. Tit. XI. princ. & §. 2. seq. GAILIVS Lib. I. Obs. I. num. 2. IOAN. FRIDERICVS WAHL de

execut. sentent. summor. imp. trib. contra principes apanagiatos §. 23. pag. 55. vide tamen IOANNEM PHILIPP. DATTIVM de Pace publica Lib. IV. cap. I. num. 36. pag. 707. § IOANNEM MELCH. DE LVBOLF in Iure Cam. Scft. I. §. 4. n. 4. pag. 34. atque IOAN. STEPH. PVTTER in noua epitome process. imperii Lib. III. cap. IV. §. 279. pag. 158. Porro, in crimen perduellionis, & falsae monetae, cognitio est solius principis. IOANNIS SAM. FRID. BOEHMERI Elem. iurisprud. Crim. I. III. 73. pag. 50. Interdum denique locus, vbi crimen commisum, a foro communio exiuit, vt, si crimen in via publica fuerit perpetratum, BENEDICT. CARPZ. in Pract. crim.

Part.

EX PRINCIPIS IURISPR. GERMANICAЕ RECENT. CAP. II. 61

principum, o) legati cum famulitio, p) ipsi principes,

Part. III. qu. CX. num. 39. IOAN-  
NES PETRVS BANNIZA de pro-  
cessu criminali Cap. II. §. IX. pag.  
16. BRVNNEMANN in processu  
Crim. Cap. III. n. 17. CAROLVS GVI-  
LIELMVS GAERTNER. de eo quod  
iustum est circa exhibitionem reorum  
iure imprimis Lusattiae superioris  
§. 14. pag. 33.

n) IOANNES PETRVS BANNIZA  
de processu criminali ex eoque refe-  
rendi methodo cap. II. §. 9. pag. 15.  
in delictis leuioribus & ecclesiasticis,  
IOANNES SCHILTERVS in insti.  
Iur. Lib. I. Tit. 19. §. 3. seq. non in  
grauioribus, IOAN. SAMVELIS PRI-  
DERICI BOEHMERI Elementa Iu-  
risprudentiae criminalis Se&f. I. Cap.  
III. §. 74. pag. 51. neque etiam ex-  
tra territorium. IDEM I. cit.

o) hi sunt vel sublimes, vel infe-  
riores. De illis solus princeps in-  
dicat. LOHNEIS in der Staats-  
Hof- und Regier. Kunst Lib. III.

cap. II. f. 376. Hi mareschallum  
iudicem agnoscunt, ita tamen, ut is  
in graviорibus delictis sententiam  
ex praefcripto principio vel eius  
consilii ferat. SECKENDORFII  
teutscher Fürsten-Staat cap. 5. sub  
rubro Bestellung eines Hof-Mar-  
schalcks §. 51. Verum hoc priuile-  
gium cessat, tum in illustribus, si  
extra territorium delinquunt. AVGV-  
STINVS LEYSERVS in medit. ad  
ff. spec. LXXX, med. 9. Tom. I. pag.  
166. tum in minoribus, si extra au-  
lam crimen admittunt. DAV. ME-  
VIVS in iure Lubc. Quaeſt. praec-  
lim. 3. num. 50. LEYSERVS l. cit.  
med. IV. pag. 159. cf. STRYCKIVS  
in diff. de foro ministrorum princi-  
pis inter eis dissertat. Hallenser  
Vol. I. disserr. VII. Cap. II. §. 17. us-  
que 23. qui tamen quodammodo  
dissentit.

p) IOANNES SAM. FRIDFR. BOEH-  
MERVS l. cit. nota \* pag. 51.

62 DISS. II. DE LITTERIS REQVISITORIALIBVS

pes, q) nobiles immediati, r) & ex plerorumque locorum obseruantia etiam milites, s) atque ciues Academici. t) Reliqui facinorosi foro communi vtuntur. Sortiuntur autem illud, tum I. vbi delictum ab iis perpetratum, tum II. in loco domicilii, tum denique III. vbi adprehensi sunt.

q) IO. NICOL. HERTIVS de §. 25. pag. 456. CAROLVS GUILIELMVS GAERTNER de eo quod iustum est circa exhibitionem reorum, ad Subiect. territoriali in opusc. Vol. I. Tom. II. §. 9. pag. 382. DE ANDLER ad tit. de Iurisdicſt. Parte I. num. §. VII. pag. 11.

24. r) KRESS de var. iurisdicſt. Germ. pag. 47.

s) STRYCKIVS de foris Germaniae singul. cap. V. §. 11. AVGVSTINVS LEYSER in meditat. ad ff. Specimine LXXV. m. 10. IOANNES BRVNNEM. ad L. C. C. de iurisdicſt. omn. iud. num. 4. pag. 249. Idem confirmat REC. IMP. de anno 1641. §. 47. sub certa tamen limitatione. cf. IOANNES BRVNNEMANN l. cit. num. 6. pag. 249. & IOANNES NICOL. HERTIVS de consultationibus, legibus & iudicis. In Opusc. Vol. I. Tom. II. dissert. VII.

t) IOANNES PETRVS BANNIZA de processu criminali Cap. II. §. IX. pag. 15. vt in Academia Ingolstadiensi, Tubingenſi, Lipsiensi, Grypswaldensi, Helmstadiensi, Würzburgensi, Goettingensi & aliis. Non tamen indistincte obtinet. HERMANNVS CONRINGIVS in Diff. V. Antiquit. Academic. pag. 146. seq. IOANNES NIC. HERTIVS de consultationibus, legibus & iudicis, in Opusc. Vol. I. Tom. II. Diff. VII. §. 24. pag. 455. conf. LEYSERVIS in Med. ad π. spec. 77. Tom. I. pag. 127. seq.

EX PRINCIPIIS IVRISPR. GERMANICAE RECENT. CAP. II. 63

sunt. u) Quae tria fora concurrunt, & alternatiue quidem x) ita, vt praeuentioni locus sit, y) atque in eum integrâ de crimine cognoscendi prouincia deuoluatur, qui in crimen inquirendo z) primus illam occupauit.

§. XXVIII.

i) DE DIVERSIS CITATIONIS REORVM GENERIBVS.

Ad id autem, vt contra reum possit procedi, requiritur, legitimo eum modo in ius vocari. a) Citatio ista vel realis est,

u) Huius origo ex interpretatio-  
nibus D. D. ad L. I. C. vbi de crim.  
repetenda est. THOMASIVS in  
annotat. ad ff. Lib. V. Tit. I. G.  
LVD. BOEHMER de delictis ex-  
tra territorium admisis §. VIII.  
pag. 18. cf. IOANNES BRVNNE-  
MANN in Com. ad Cod. L. I. C.  
vbi de criminibus pag. 251.

x) CRANZ defens. reor. Cap. V.  
M. II. Sect. II. Artic. 2. IOANNES  
PETRVS BANNIZA Cap. II. §. IX.  
pag. 15.

y) Haec etiam locum inter  
ipsos iudices fori delicti habet,  
si crimen in confinio duarum

iurisdictionum commissum sit.  
RICHTERVS ad auth. Qua  
in prouincia C. vbi de criminib.  
bus n. 9. AVGUST. LEYS. §. 74.  
Coroll. 3. T. I. pag. 123.

z) inquisitio tamen generalis &  
summarium testium examen non  
sufficit. BOEHMER loco cit. vid.  
BERGER in Oeconom. Iur. Lib. IV.  
Tit. IV. §. 2. num. 4. CAROLVS GVI-  
LIELMVS GAERTNER cit. diff. §.  
VI. pag. 12.

a) Haec citatio praeuentione in  
inducit, HARPPRECHT conf. 49.  
num. 55. 74. § 76. IOANNES SA-  
MUEL FRID, BOEHMER l. cit. §.

est, vel verbalis. Illa locum habet in maioribus delictis, concurrentibus videlicet legitimis indiciis, b) vel alia graui causa id suadente, atque in territorio manu militari ad iuslum iudicis criminalis, extra illud autem praecedentibus litteris requisitorialibus de adprehendendo reo, ad extraneum iudicem directis, ab extraneo iudice expeditur. c) Haec autem in duas iterum species abit, ita nempe, vt in publicam & priuatam dispesci soleat. Priuata obtinet, quando vel crimen letius commissum, vel indicia nondum sufficiunt, quo minus reus in vincula publica coniiciatur, neque etiam dubium est, eam, si reus alterius iurisdictioni subiectus sit, mediante requisitione judiciali fieri posse. d) Publicam denique, quod adtinet, ad illam vltimo loco recurrente, eaque tunc vtuntur, quando vel verbalis priuata vel realis ad effectum deduci nequit.

### §. XXIX.

71. pag. 48. atque ita necessaria est, atque ita necessaria est, vt iudex delicti, reum fugitiuum, et si manifestum eius crimen sit, ea omissa condemnare nequeat. AVGVSTINVS LEYSER spec. LXXIV, coll. 2. Tom. I pag. 103.

b) CONST. CRIM. CAR. art. XI. L cit. cap. V. §. 1. pag. 35. IVST. HENN. BOEHMER Lib. II. Tit. IV.

§. IX, num. 1. pag. 84. IOANNES PETRVS BANNIZA.

c) ENGELBRECHT Lib. II. Tit. IV. §. 19.

d) Antiquam eiusmodi citationis formulam vide in dem Procesi vnde Acht, adiecto Speculo Saxon. edit. ZOBEL. fol. 215, & 216.

§. XXIX.

2) SPECIATIM DE PERS. QVVTIONE ET ADPRE-  
HENSIONE FVGITIVORVM.

Quum de citatione reorum verballi iam supra copiosius exposuerimus, hic vnicē de persequitione & adprehensione facinorosorum differere placet. Persequuntur autem delinquentes fugitiui duobus potissimum modis, vel sequela, quam dicunt praefectoria (Germanice die *Nacheile* e) vel litteris incarceratoriis, (*mit Steck-Briefen, oder Haftbriefen*). Illa vestigiis reorum instandi ratio tunc potissimum obtinet, quando scelestus *επ' αυτοφύων* oppressus fuga salutem periit, f) atque etiam intra fines territorii alieni licita est, dummodo facinorosus, simulacrum a persecutoribus captus est, iudicii illius loci exhibetur, in quo sui fecit potestatem. Posterior aurem delinquentes persequendi modus iterum duplex est. Namque si iudex, qui foro praecedit delicti, notitiam habet, eamque certam loci, vbi reus commoratur, litteras de adprehendendo eo ad iudicem eius loci mittit, & clausas quidem, quum requirentis saepe magni intersit, clandestino agi negotium, ut ne reus, si de ea re fama ad eum peruenierit,

e) de qua singularem dissertationem edidit MICH. CHRISTOPH. MVL-  
L FR. de iure facinorosos sequela  
praefectoria persequendi, von der  
Amtsfolge oder Nacheile. Alterfisi  
1714.

f) ANDREAS GAILIVS de Pa-  
ce Publ. cap. IV. num. 48. & cap.  
XVI. num. 25. ANDREAS MYLIVS  
de remissione facinorosorum, eorum  
que transportatione per territorium  
alienum cap. IV. §. 1. pag. 27.

I

rit, accelerata fuga frustraneos reddat iudicis conatus. Sin vero reus in ipsa fuga constitutus sedem fixam non habeat, aut receptaculum, in quo latitat, a iudice eum persequente ignoreatur, litteras comprehensorias mittit, easque apertas ad quoscunque magistratus directas. Non autem simplici requisitione & rei denominatione absoluuntur hae litterae, verum praeterea adhuc desideratur etiam definitio rei individualis, g) tum enarratio facti brevis atque perspicua. h) Caeterum eiusmodi requisitoriales ex praxi iudiciorum hodierna notificationibus plerumque inferuntur publicis. i)

### §. XXX.

a) AN REMISSIO DELINQVENTIVM SIT  
NECESSITATIS.

Communis est ferme ea doctorum haeresis, ut remissionis facinorosorum ad forum delicti necessitatem, plane in Germania exculpare contendant. Verum utriusque grauius mihi peccare videntur, qui nimis iuri romano adhaerentes remissionem delinquentium adhuc hodie semper esse necessariam somniant; k) ita nec illis adsentire possum,

g) ANTON. VDALR. DE ERATH  
cit. l. cap. II. §. 13, pag. 161.  
carcerationis patentibus Cap. II. §.  
19. pag. 35.

b) ANDREAS MYLIUS l.c. cap.  
III. §. VI. pag. 19. HENRICVS SA-  
MVEL ECKHOLD de litteris in-  
i) DE ERATH cit. l. Cap. II. §.  
16. pag. 163.  
k) VII FACHIN. Controu. Lib.  
IX. c. 23.

sum, qui eam vel plane proscriptam, \*) vel urbanitatis tantum esse sibi persuadent. I) Namque sunt & hodie casus, in quibus remissio ista impune denegari nequit; sunt & alii, in quibus solius urbanitaris esse intelligitur. Ita enim I. si remissio delinquentium solemni pacto promissa, m) aut II. praescriptione eius necessitas adquisita,

\*) In illa haeresi versatur GYNTHER MARTINI in Processu Tit. XI. §. 2. qui eam toto orbe abrogatam esse contendit.

I) Ita sentiunt STRYCE in V. M. Tit. I. §. 26. MATTHIAS BERLICHIVS P. II. dec. 163. num. 12. DAVID MEVIVS P. VI. dec. 218. BENED. CARPZOVIVS Pr. Crim. Parte III. qu. no. num. 54. IO. NICOL. H E R T. de Superioritate territoriali §. 27. in Opus. Vol. I. Tom. II. diss. V. pag. 29.

m) LINCK de persecutione & remissione delinquentium cap. IV. num. 22. vel I. a iudicibus inito, FFEFFINGER ad Vitriar. Tom. III. Tit. 17. §. 28. pag. 175. nota a) quorum etiam pertinet, si requirens requiro iam antea remissionem concessit & is in reuersalibus pollicitus est, se in simili casu idein facturum, PVFFENDORF proc. crim. cap. V. §. 11. vel II. ab ipsis dominis

territorialibus. Eiusmodi pactum iniuerunt Elector Brandenb. & duces Pomeraniae XI. Cal. Febr. clo. 1577. cuius tabulas exhibet DE ERATH. l. cit. §. 131. pag. 203. quae pacta valde commendantur in ORD. EXEC. de anno clo. 1575. §. 41. EXECUTIONS - ORD NVNG de anno 1555. §. 37. & 41. imprimis autem notari meretur REC. IMP. de anno 1559. §. 22. vsque 26. qui ita sequelam praefectoriam deferibit. §. 22. Und haben Uns demnach mit ermeldten Churfürsten, Fürsten, Ständen, der Abwesenden Räthen, Gefändten und Bothschaften, und sie sich hinwieder mit Uns verglichen, setzen, ordnen und wollen, da hinsüran obgemeldte gefährliche Reysigen und Fußknechte, Räuber oder Mörder, einer oder mehr, in der Ober-Herrlichkeit und dem Gebist, darin er oder dieselbige argwöhnisch befunden, jedmands

## 68 DISS. II. DE LITTERIS REQUISITORIALIBVS

fita, n) vel III. iudex requirens atque requisitus eiusdem sunt

terri-

mands wieder Unsere und des H. Reichs Constitution und gemeinen Frieden, auch derw gen hievor ausgegangene Mandata tödtlich angegriffen, beschädigt, oder einiger boshaftiger Handlung sich unterstanden hätten, und in solcher Ober-Herrlichkeit und Gebiet, darin die Angriff und Beschädigung be- schehen oder fürgenommen, nicht betreten, ereilet oder ergriffen werden könnten, dass diejenigen, so beschädiget, zu Ross und zu Fuss, ziemlicher Weise, und nach Gelegenheit der Macht oder Stärke, auch Rüstung dessen oder deren, so solchen Angriff und Beschädigung gethan, oder zu thun unterstanden hätten, den oder dieselben von einer Obrigkeit in die ander, auch einem Kreyss in den andern, jedoch ihnen den Obrigkeit und Kreyesen ohne Entgeld, nachheilen, und sie niederwerffen mögen. § 23. Wofern aber die Nachheiler und Beschädigten ditsfalls berührte Thäter und Beschädiger nieder zu werffen und zu handhaben selber nicht mächtig noch stark genug wären, als dann mögen sie die nechst-

gesessene Obrigkeit, oder Dero Amtleut und Befelchhaber, mit Erzählung, warum die Nachel beschicht, um Hülf und Handhabung, auch mit Taflung oder Einziehung der Thäter und Beschädiger anrufen, und soll dieselbig Obrigkeit, oder Dero Amt- Leut und Befelchhaber verbunden und schuldig styn, ihrem besten Vermögen nach alsbald den Anrussenden zu Ross und zu Fuss zu Hülf zu kommen, und im Fall es die Nothdurft und Gelegenheit wolte erfordern, den Sturm- und Glocken- Streich ziemlicher messen angehen, und immittelst alsbald von einem Flecken, Dorf oder Weyler in das andere, warum folches beschicht, mit Vermahnung den Thätern, oder Beschädigern, mit helssten nacheylen, berichten zu lassen. § 24. Doch soll des Sturm-Streichs halben eine solche Maafs und Unterscheid gegeben werden, damit in den Flecken, Dörfern oder Weylern, da derselbig mit Anschlagung der Glocken, oder Aufschüttung der Büchsen, nach Gelegenheit eines jeden Orts erfolgt, die Unterha-

EX PRINCIPIIS IURISPR. GERMANICAE RECENT. CAP. II. 69

territorii eundemque principem deuenerantur superiore-  
rem o) & denique IV. si eius, qui requirit, maior est,  
p) quam requisiti in reum competentia, q) facile quis-  
quam

Unterthanen, ob derselbig von  
wegen Feuers, oder aber der  
Plackerey beschehe, wissen mögen.  
§. 25. Dabey auch in einer jeden  
Stadt, Mark, Flecken, Dorf und  
Weyler, die Amt-Leut, Vögt,  
Schultheis oder andere, so der Ge-  
mein vorstehen, die Ordnung ge-  
ben, auf das die Unterthanen, wie  
stark, und wo hinaus sie lausfen  
sollen, Bericht haben, und in dem  
nach Gelegenheit und Zufall der  
Sachen die Versehung thun,  
dass kein gefährliche Aufwickelung  
oder Rottirung daraus erfolge.  
§. 26. So nun in folcher Nacheyl  
einer oder mehr der Thäter oder  
Beschädiger niedergeworfen und  
ergriffen, sollen der oder dieselbi-  
gen in der Obrigkeit und Herr-  
schaft Gericht, darin er oder sie  
nieder gelegen, gelassen und ein-  
gestellt, dafelbst verstrickt, oder in  
Gefängniß und gute Verwahrung  
geantwort, der Ort auch von dem  
Beschädigten oder Beleidigten, ver-  
mög des Land-Friedens, und des

Heil-Reichs Rechten, oder sonst  
nach Gelegenheit, und wie er dessen  
zum besten befugt seye, bey sich  
selbst befindet mag, beklagt, auch  
gegen den Beklagten, Inhalt ge-  
melds Land-Friedens, der gemei-  
nen Rechten, und wie es sonst je-  
des Orts die sondere Gewohnheit,  
Freyheiten und alt Herkommen  
vermögen und mitbringen, gehan-  
delt werden.

n) HARPPRECHTI *Conf. Tu-*  
*bing. Tab. XLIX. num. 9. IOANNES*  
*SAMUEL FRID. BOEHMER l. cit.*  
*Secl. I. cap. III. §. LXX. pag. 47.*

o) FRIDERICVS ES. PVFFEN-  
DORFIUS *de iurisdict. germ. P. I.*  
*cap. IV. §. 27. pag. 72.*

p) Haec tamen regula suas ha-  
bet exceptiones, vt si v. c. requirens  
antea negauerit requisito remissio-  
nem; Reliquas exceptiones vide  
apud DE ERATH. l. cit. §. 141.  
pag. 212.

q) DE ERATH. cit. l. cap. II.  
§. 138. pag. 210., vt si inquisitio  
iam alibi rite mota. BEYER in  
I 3 p. 57.

70 DISS. II. DE LITTERIS REQUISITORIALIBVS

quam perspicet, requisitum ad satisfaciendum precibus re-  
qui-

posuit. ad ff. p. 641. STRYK. V.  
Mod. tir. de iudicis §. 27. ME-  
VIVS P. IV. dec. CLXXVII. num.  
7. multoque magis, si sententia iami  
lata, RICHTERVS Dec. XVI. §. 6.  
pag. 147. PFEFF. ad Vitriar. Tom.  
III. Tit. 17. §. 28. pag. 175. nota a)  
vel si reus foro gaudeat privilegia-  
to, & per iudicem huius fori, a foro  
communi, in quo deprehensus est,  
auocetur. CAROLVS GVLIELMVS  
GAERTNER de eo, quod iustum  
est circa exhibitionem reorum iure  
imprimis Lusatiae superioris. §.  
VII. p. 14. & ita quoque milites  
plerumque ad forum militare remit-  
tendi sunt, quod hoc eis vi priuile-  
gii competit. REC. IMP. de anno  
1641. §. 47. Wir haben uns auch zu  
desto mehrerer Haltung guter di-  
sciplin, und damit das übel nicht  
ungestrafet bleibe, mit Chur-Für-  
sten und Ständen, und der abwe-  
senden Räth, Bottschafen und Ge-  
sandten, und Sie sich hiniederumb  
mit uns verglichen, daß wann der  
delinquent über drey Meil von sei-  
nem Quartier und Compagnia auf  
frischer That in straffmäßigen Ver-  
brechen ergriffen würde, oder der

Officier gegenwärtig, oder nur  
drey Meilen Wegs von dannen ist,  
und genugsame Versicherung thut,  
die Inhaftiam zu administrieren, daß  
alsdann der Ubelthäter demselben  
abgefolget, wie diegenfalls aber die  
Stände nicht allein die Verhaftung  
vorzunehmen, sondern auch mit  
vorhergehenden Rechtl. Proces zu  
verfahren, und alsdenn nicht we-  
niger die Execution vorzunehmen  
Macht haben sollen, zu welchem  
Proces gleichwohl sie den nechsten  
Commandanten, wann der Befehls-  
haber, zu dessen Regiment der straff-  
mäßig gehörig, über die drey Meil  
von der Stellen, erfordern, und ihm  
daß er dem Rechten beywohne, frey  
stehen solle. Dabey wir aber diesen  
fall vorbehalten haben wollen, daß  
wenn ein Soldat, so mit seinen Bie-  
letten gewisse sachen zu verrichten  
verschen, etwas verbrechen thäte,  
und auf frischer That begriessen  
würde, wann es gleich weiters als  
drey Meil Wegs von seinem Quar-  
tier und Compagni wäre, daß er  
doch seinem Obersten oder seinem  
nechsten Kriegs-Commandanten  
zu Bestrafung zugeschickt werde,  
und

quarentis esse obligatum. r) Contra ea si iudices diuersi sunt territorii, & nihil neque paetis determinatum, neque praeescriptione ab uno alteroue adquisitum, atque minor est requirentis, aut aequa tantum cum requisito in reum competentia, dubio omni caret, solius esse urbanitatis, ut rei ad forum delicti remittantur.

§. XXXI.

b) QUOMODO EXHIBITIO FACIENDA.

Postquam autem is, qui requisitus est, in remissionem consensit, requisitus & requirens communis consilio rationem ipsius rei gerendae ineunt, atque inter se constituant, qua hora, quo loco, quibusue solemnitatibus, traditio rei fieri debeat. s) Exhibitio autem, ut CAROLI GVLIELMI GAERTNERI t) verbis utar, sit in confiniis, regulariter armata manu LVD. ad ff. Tit. de iudiciis §. 21. Exhibens tradit delinquentem simul cum rebus apud eum inuentis, FROELICHSBVRG in comment. ad constit. crim. Carol.

und dieses damit die Kriegs Anschläge so manchen vertrauet, nit offenbaret werden, cf. IO. NICOL. HERTIVS de consult. Legibus & iudicis §. 25. I, II, VII. pag. 456.

r) huc etiam referunt confrontationem facinororum, I. s. F. BOEHMER, l.cit. §. 70. lit. b) pag. 47. ita tamen, ut sufficiat, facinorum, cuius remissionem requitens

desiderauit, in finibus fisti, ibique confrontationem fieri. BOEHMER l. cit. Seet. I. cap. XII. §. CCXXIII. pag. 137. IO. NIC. HERTIVS de superioritate territoriali §. 27. nota \* 2. in Opusc. Vol. I. T. II. Dff. V. pag. 260.

s) DE ERATH Cap. II. §. 148. pag. 216.

t) cit. dissert. §. XV. pag. 56.

*rol. Lib. I. Tit. IV. pag. 36. num. 2. 5° actis hac in causa conscriptis vel eorum copia fide digna. Sumtus vero requirens fert, u) isque expensas tum in apprehensionem, tum in remissionem factas, adhuc ante exhibitionem soluere obligatus est, x) ita tamen, ut, si possit, easdem a delinquentे repeat: y)*

### §. XXXII.

#### c) DE TRANSPORTATIONE PER ALIENVM TERRITORIVM.

Facinorosi, vindictae publicae metu, plerumque quam longissime possunt, discedunt. Inde saepe euenit, ut ex ultimis a iudice fori delicti arcessiti terris, ante quam ad locum, vbi delictum perpetratum est, redeant, per diuersa ducendi sint territoria. Non autem eiusmodi reorum per territorium alienum Transportatio, vti apud Romanos, apud Germanos etiam, inscio atque irrequisito iudice, cui territorium subiectum, fieri potest, sed litterae requisitoriales

u) GAERTNER loco alleg. RICHTERVS *decis. XV.*

x) ANDREAS MYLIVS *cit. dissertat. cap. III. §. 5. pag. 2.*

y) DE ERATH *Cap. II. §. 150. pag. 218.* Caeterum de remissione delinquentium praeter adlegatum GAERTNERVM & MYLIVM adhuc egerunt LINCKIVS *dissert. de delinquentium perseguitione & remissione lenae 1671. GOSW. HVEL.* SEMANNVS *de remissionibus reorum ad locum delicti.* Erf. 1661. CASPAR. ZIEGLERVS *de remissione delinquentium ad locum delicti.* Viteb. 1683. atque IOANN. MATT. WINCOPIVS *diss. de remissione delinquentium ad locum perpetrati delicti* Erf. 1704. quos tamen omnes non vidi, sed tantum apud DE ERATH allegatos legi.

riales hic vti in reliquis aetibus intra fines iurisdictionis peregrinae suscipiendis, necessariae sunt. z) Rogatur autem magistratus, qui territorio praefest, ut vel ipse captiuum per territorium ducat, eumque, in confiniis, requirentis adparitoribus reddat, vel ut saluum modo conductum deducentibus praefest. a) Priori casu iudex requisitus pro arbitrio transportationem ordinat, ita tamen, ut ne facinorosus queat euadere. Posteriori autem, potest quidem transportantibus adhuc custodes iungere, verum haec cautio & superuacanea est, & raro adhibetur. Quum autem ista litterarum requisitorialium solemnitas, toties necessaria sit, quoties qui reum deducunt, noui iudicis territorium ingrediuntur, solent hi, si per vnius principis territorium longum iter suscipiendum habent, ipsum principem adire, & ab eo litteras commeatus petere. Quas si impetrauerint, (non autem facile denegantur) iudices omnes iis obuios requirere non tenentur, sed ad id tantum sunt obligati, ut publicam illis, qua gaudent, epistolam, ostendant, b) quo facto hi nullo modo iter eorum retardare possunt.

### §. XXXIII.

z) ANDREAS MYLIVS cit. diff. loco alleg. §. XV. pag. 36. MYLIVS  
cap. IV. §. IV. pag. 30. l. cit. §. V. pag. 30. & 31.

b) DE ERATH l. cit. §. 15f.

a) CAR. G. GAERTNERVS pag. 225.

K

§. XXXIII.

DE TESTIVM EXAMINE.

Necessitas illa remittendi testes ad iudicem, qui de criminis perpetrato cognoscit, quam iuris Romani conditores praescripserant, c) Germanorum moribus adprobata non est. d) Ipse potius iudex, cuius iurisdictioni testis subiectus, examen testis suscipit, dummodo de eo legitime fuerit requisitus. In perficiendo autem isto examine, eadem, ut in caussis ciuilibus, ratione proceditur. e)

§. XXXIV.

DE IMPLORATIONE BRACHII SAECVLARIS IN  
CAVSSIS CRIMINALIBVS.

Neminem esse puto in iurisprudentia vel mediocriter versatum, quem possit latere, fuisse eam iam ab antiquo ecclesiarum conditionem, ut tum aetibus saecularibus

c) *Diss. mea de litteris requisitorialib. ex usu iuris Romani Cap. II. § 35. pag. 51.*

d) Germani enim recesserunt a rigore Nou. 90. c. 5. quae iudici peregrino in causa criminali testimoniun posse committi negabat. VLR. THOMAS LAVTERBACH in C. T. P. T. II. Lib. XXII. Tit. V. §. VII. pag. 369. Ipsa came-

ra in caussis criminalibus puta in caussis fratre pacis, vbi agitur ad poemam banni, testimoniun examen commissarii demandare solet. ANDREAS GAILIVS de Pace Publ. Lib. I. cap. IX. n. 8. LAVTERB. l. cit.

e) IO. NICOL. HERTIVS de Superioritate territoriali §. 27. in Opusc. Vol. I. T. II. diss. V. pag. 259. DAVID. MEVIVS P. II. dec. 238.

bus impares viderentur, f) tum etiam potissimum sanguinem fitire non praesumerentur, g) Inde factum est, ut si quondam clericus nefando criminis quietem turbaverat publicam, iudex laicus absque ulla praevia brachii secularis imploratione facinus a clero commissum vindicaret. h) Postea vero quam clericu, tum in ciuilibus tum in criminalibus caussis, a iudicis saecularis exempti sunt potestate, ius illud iudicum saecularium, in clericos facinorosos animaduertendi, adeo limitatum est, vt tunc tantum illis competenteret, quem clericus scelestus solemnni modo degradatus, eis a iudice ecclesiastico traderetur. i) Ex quibus facile intelligitur, in solo iudicis ecclesiastici

ar-

f) HIERONYMVS in c. 7. C. 12. q. 1. cap. 1. X. ne clericu vel monachi saecularibus negotiis se immisc. cf. MICHAEL GRASSVS de negotiacione clericorum prohibita. vid. tamen IYST. HENNING. BOEHMER in Iure eccl. Profeß. Tom. III. Lib. III. Tit. L. §. IX. pag. 1069.

Sect. III. §. 5. pag. 83. WILHELMVS FRIDERICVS VON DEM KNESEBECK de aduocatis & iure magni aduocati in ducatu Cellensi. Lueburgico Cap. I. §. XV. pag. 62.

h) IYSTVS HENN. BOEHMER VS loco alleg. Tom. V. Lib. V. Tit. 37. §. LIX. num. 1. pag. 730. IDEM l. cit. §. 112. num. 2. pag. 732.

i) nisi 1) per assassinos caedes commiserint c. 1. de homicid. in 6. vel 2) in habitu laici crimen perpetrantes deprehensi fuerint c. 1. X. de apostat. aut 3) digami deliquerint cap. 1. de digam. in 6. aliam adhuc exceptionem vide apud GAIL. de Pace publ. Lib. I. cap. I. num. 12.

K 2

76 DISS. II. DE LITTERIS REQUISITORIALIBVS

arbitrio positum esse, vtrum clericus facinorosus, a iudice criminali puniri debeat, nec ne. k) Namque penes eum solum est, velitne reum iudicis saecularis potestati committere, an potius eumdem ab officio depositum, poena aliqua ecclesiastica coercere. Neque enim quilibet depositus iudicii seculari traditur, l) sed plura plerumque remedia adhibentur, ante quam brachium saeculare imploretur, quippe quod ultimum ecclesiae refugium est ad quod non antea recurrat, quam quum omnem operam perdidit oleumque. m) Iudicium igitur ecclesiasticum de caussa cognoscit, n) ipsam autem criminalem sententiam non fert, sed si clericus talis esse intelligatur, cuius animi pertinacia poenis ecclesiasticis frangi non potest, solemni modo veste clericali exutus, degradatur. o) Ante autem quam ad lugubre illud degradationis progradientur spectaculum, certior de ea re est reddendus iudex criminalis, p) Quae denunciatio, implorationis brachii saecu-

k) I. H. BOEHMER. l. cit. §. 12. num. 1. pag. 732. cf. IDEM §. 13. num. 4. pag. 733.

l) cap. 4. in f. X. de iudic. sed non debet quilibet depositum pro suis exceptibus (cum suo sit functus officio nec debeat eum duplici contritione conterrere) iudicii tradere saeculari.

m) cf. BOEHMER l. cit. §. 13.

pag. 733. GAIL. I. Obj. 115. num. 3. cf. & ea, quae notaui §. 27. nota 7.

n) BOEHMER l. cit. §. CV. pag. 724.

o) degradationis ritus exhibet IDEM l. cit. §. CXIV. & CXV. pag. 734. usque 742.

p) ita INNOCENTIUS III. in c. 27. X. de V. S. canet eius degradationem celebrandam esse, saeculari potestate

saecularis, vices tenet, eoque effectu gaudet, vt nulla postmodum realis facinorosi traditio desideretur, sed iudex criminalis peracta degradatione statim manus in reum iniurie, eumque abductum poena delicto conformi adficere queat. q) Equidem Protestantium consistoria quod adtinet, etiam illa, contra clericos facinorosos tum si mere ecclesiasticum, tum si grauius aliquod delictum ab ipsis perpetratum sit, ex officio procedere, atque de causa cognoscere posse dubium non est, r) verum vsque adeo potestas eorum se se non exserit, vt scelestos atque nefarios clericos a vindicta criminum publica immunes reddere queant. Imprimis, quum hodie, si crimen atrocium a clero commissum sit, plerumque a principe commissarii delegentur, qui contra clericum delinquentem eodem modo procedunt, vti contra alios delinquentes procedi moris est. s) Caeterum degradationis adhuc inter Protestantes usus aliquis

potestate praesente, ac praeiunctione eidem, cum fuerit celebrata, ut in suum forum recipiat degradatum.

q) ita enim INNOCENTIVS III. loco alleg. pergit: & sic intelligitur curiae saeculari tradi. cf. BOEHMER I. cit. §. CXV. p. 735. & 736.

r) nempe generalis & summaria inquisitio de crimine, etiamsi capitale sit, ipsis competit, ex qua si

appareat, non intentem esse clericum, saeculari magistratu ad speciale inquisitionem traditur. CARP-

ZOVII Iurisprud. Eccles. Lib. III. def. 5. WEBERV de confessoriis cap.

27. IOANNIS BRUNNEMANNI Ius Eccles. Lib. II. cap. XIX. §. 28. pag. 751. SAMVEL STRYCKIVS

in addit. ad cit. § pag. 780.

s) BOEHMER I. cit. §. CV. pag. 724.

quis superest, si clericus suppicio vel poena aliqua corporis adficit ua subiiciendus est, t) quamvis non semper adhibita solemni formula expediatur, verum etiam subinde per rescriptum principis fieri soleat. u)

### §. XXXV.

#### III. DE LITTERIS REVERSALIBVS.

Solent iudices, qui precibus requirentis indulserunt, litteras ab eo reuersales exigere, de quibus paucis adhuc agendum erit. Sunt autem *reuersales* litterae, quibus iudex, cuius iurisdictio peregrini iudicis auxil o subleuata est, nihil per hunc actum iurisdictioni eius, cui litterae dantur, derogatum iri, spondet, simulque pollicetur, in simili casu simili modo opem se laturum esse iudici, qui sibi hac vice tam beneuelo subuenisset. Non autem praece de sideratur, vt hae litterae separatae ab ipsa requisitione tradantur, sed sufficit earum formulam ipsis litteris requisitorialibus esse insertam. x)

t) vt nempe antea omnibus iuri bus, quibus clerici fruuntur, priuetur,

JOANNES BRUNNEMANN. l. cit.

*Cap. XIX. §. 4. pag. 741. GAILIVS*

*de pace publ. L. I. Cap. I. num. 24.*

*exempla vide apud BOEHMERVM*

*l. cit. §. CVII. pag. 726. usque 729.*

u) exemplum exhibet B. O. B. H. MERVS l. cit. §. CXXIV. in f. pag. 755.

x) hanc doctrinam singulari diss illustrauit AHASV. FRITSCHIVS de litteris reuersalibus.

#### Errata quaedam extantiora.

##### I. in dissertat. I.

in nota \* ad praefat. lin. 3. *regias T. II. pag. 284. lege regias pag. 284. edit. Amst. de a. Cloclxviii.* pag. 8. lin. 10. pro *ad eorum* l. *ad earum.*

##### II. in dissertat. II. pag. 1. lin. 5. pro *recensiori lege recentiori.* pag. 3. lin. 15. pro *tantus erat fauor l. tantus erat iure Wiggleborum fauor.*

DR

ULB Halle  
001 549 545


3



sb







65  
 Pra. 8. num. 11.  
 1758, 10 b  
 12

DISSE<sup>R</sup>TATI<sup>O</sup> SECVNDA  
 DE  
 LITTERIS REQUISITORIALIBVS  
 EX VSV GERMANORVM ANTIQVIORI  
 ET RECENTIORI

P. 466  
 QVAM  
 DEO FAVENTE  
 RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
 POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
 DOMINO  
**GEORGIO II.**

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE  
 DEFENSORE FIDEI

BRVNSVICENSIVM ATQVE LVNEBVRGENSIVM DVCE  
 S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE

AVCTORITATE ET CONSENSV INCLYTI  
 IVRECONSULTORVM ORDINIS  
 PRAESIDE  
**CHRISTIAN. IAC. DE ZWIERLEIN**  
 I. V. D. A. S. T. G. M.

PLACIDAE ERUDITORVM DISQUISITIONI SVBMITTIT  
**IOANNES ANTONIVS KOETHIVS**  
 KELBRANO - THVRINGVS.

III. ID. APRILIS C<sup>CC</sup>CLVIII.

GOETTINGAE  
 EX OFFICINA SCHVLZIANA, CYRANT<sup>E</sup> F. A. ROSEN<sup>E</sup> SCH

